M. S. en 4.º pergamino, con 389 hojas.

Disputationes morales de restitutione por Joan de Zañartu.

Rotulata

Zañartu. de Restitutione mutua.

DISPVTATIONES MORALES DE RESTITVTIONE. AVTORE R.R.P.e JOANNE DE ZAÑA ET THEOLogiae MORALIS PROFESSORE

Postridie Kalendas Octobris anno Domini MDCLXXX

Explicuimus anno superiori materiam [illegible], in qua brevi calamo de nulla de restitutione tetigimus, ut res postulabat, nunc fusius ac diligentius materiam de restitutione tractare aggredimur, de qua agit D. Thom. 2a 2ae q. 62, et post D. Thomam plures Theologi fusiè ac diligenter: nec immerito, quidem; ea enim est inter morales nulli secunda, admodum practica atque utilis, imo gravia sacerdotibus ad sacra poenitentiae tribunalia sedentibus, ubi crebro occurrunt difficultates, quae nequaquam explicari poterunt sine notitia eorum, quae in hac materia expendentur. Deo favente, ita dubia omnia agitabimus, ut nihil, quod ad hanc materiam spectet desideretur, et intra cancellos huius curriculi ~~[illegible]~~ coerceatur.

Totam materiam in quatuor disputationes dividemus. 1a erit de restitutione in genere. 2a de restitutione ratione rei acceptae. 3a de restitutione ratione iniustae damnificationis. 4a de restitutione ratione ~~damni in bonis~~ fortunae, ubi agemus de personis quae tenentur,

que generatim restitutionem 5ª de restitutione ratione damni pecuniarii. 6ª de restitutione ratione infamiae et honoris. 7ª de restitutione ratione damni spiritualis. 8ª de ordine, et circumstantiis restitutionis. 9ª et ultima de iis, ob quas differri, vel omitti potest restitutio. Disputatio 1ª de restitutione in genere. Quaestio 1ª quidnam sit restitutio? Cap. 1. Praemittuntur aliqua [illegible] iustitia et iure.

Disputatio 1ª

De restitutione in genere.

Quaestio 1ª

Quidnam sit restitutio

Cap. 1

Praemittuntur aliqua super iustitia, et iure.

Ad clariorem explicationem, et [illegible] perceptionem eorum, quae in praesenti materia discutienda sunt, operae pretium duxi breviter, et leviter cum Cardinali de Lugo, et aliis exponere, quid sit iustitia, quae [illegible], et quas in [illegible] dividatur. Inprimis iustitia varias habet acceptiones. 1° accipitur, et maxime in sacra pagina, ut notant interpretes, pro omni virtute theologica, et morali, ut cum dicitur, Math. 5: nisi abundaverit iustitia vestra, plus quam Scribarum, et Phariseorum. Et rursus: beati, qui esuriunt, et sitiunt iustitiam. Ratio huius acceptionis est, quia iustitia vulgo sonat adaequationem cum debito, et omnis virtus importat eam adaequationem. Nam omnis vel theologica, vel moralis adaequat hominem cum debito aut regula rationis, v.g. fides cum regula [illegible] dictante, credendum esse Divino testimonio, obedientia cum regula rationis intimante parendum esse mandato superioris.

Secundo accipitur iustitia pro una ex virtutibus theologicis, ut reliquas omnes virtualiter vel eminenter complectenti, hoc est pro virtute charitatis. Ratio huius acceptionis est, tum quia Sanctus [illegible] 1° de natura et gratia cap. [illegible] charitatem appellat magnam quandam perfectam iustitiam, tum quia [illegible] potest [illegible] iustitia [illegible], quae, sicut affert plenam cum lege adaequationem: et charitas affert [illegible] plenam cum lege adaequationem, cum sit

vinculum perfectionis, et plenitudo legis, ut docet Ap. ... Propterea-

que ratione 3° accipitur iustitia pro gratia sanctificante, quae est radicaliter et emanative virtutes, ... illa virtutes omnes ... quae ... iustitiae acceptione appellant iustitiam. Et in hoc sensu accipitur a Tridentino sessione 6 cap. 10. ... status innocentiae dicitur status iustitiae originalis, quia ... status perfectionis, et adaequationis cum lege divina a gratia sanctificante veniebat, omnes ... status illius emanabant.

4° omissis aliis acceptionibus ... institutum accipitur iustitia virtute illa cardinali, quae sibi vindicat ... cognomentum iustitiae. Et in hac acceptione definitur constans et perpetua voluntas ius suum unicuique tribuendi. Quae definitio ... a Iurisconsultis ... et etiam a theologis cum Divo Thoma.

Prima illa verba constans et perpetua voluntas sunt genus; ratione cuius convenit iustitia cum omni alia virtute voluntatis; omnium ... affectiva virtus dicitur voluntas ... actus, habitus in voluntate residens dicitur constans, quia ... constantia et firmitate nulla qualitas ... cognomentum virtutis ... perpetua, quia omnis virtus inclinat ex se ad ... idemtitatem et ... alteri? Posteriora verba ius suum unicuique tribuendi sunt differentia quae secernunt iustitiam a ceteris aliis virtutibus. Nam hoc quod est tribuere unicuique quod suum est, reddendo et reparando illud, si ... fuit, et ... illud, quod invenitur integrum est proprium ... et ... iustitiae, ut est virtus distincta a qualibet alia. Hinc pergo ad ... acceptiones exponendas iuris, quod ut constet ex dicta ... iustitiae est illius ... accipitur ... multipliciter. 1° pro arte, aut via, qua cognoscitur iustum: hinc iurisprudentia appellatur ius, quia est ars aequi, et boni cognoscendi, seu quae dignoscitur quod iustum est. 2° accipitur pro loco, in quo ius dicitur ...

Unde ~~[illegible]~~ vocari iuris, sive spectare in iure est, quisquis sibi est in eo loco, quod faciendi et decernendi quod iustum est, deputatur. 3° accipitur pro regula iusti, sive pro lege ipsa, sive nat[urali], sive divina, sive hum[ana]; quam acceptionem multiplex numeratur ius, nempe aliud canonicum, aliud civile, aliud gentium, aliud penale, et [illegible] ad [illegible], id est iudicium, quod hec est quae d[icitu]r lex penalis.

Quarto accipitur pro facultate, seu potestate ad aliquid faciendum, et in hac acceptione ius dicere dicitur iudex, cum iure dicat, et quidem ea inquisitio, quae tunc in se fit comparatio ad ius, quod profert, et ad illud, quod profferre debet. 5° omnium aliis accipitur ius pro iusto, iustum à duplici sumitur. 1° generaliter, pro ut idem est, quod legitimum, id est legi et rationi conforme, quo in sensu quodcumque opus bonum dicitur iustum, et quilibet virtutis actus ius et iustum appellatur. 2° specialiter, pro ut idem est, quod eo quale alteri debitum, hoc quod reducitur ad aequalitatem iustificandi dicitur, ut docet S. Thom.

Porro ius iustum adhuc bifariam usurpatur, nimirum activè, et passivè, passive sumptum idem est ac iustum opus alteri debitum; activè vero idem est, ac radix, seu fundamentum iuris passive. Ius active sumptum dividi solet à D. [illegible] in ius in re, et ius ad rem. Ius in re est titulus illa ratione cuius hec actio realis, seu in re ipsa, itaut res sit sibi immediate, et directe obligata, et devincta, ut illam ubicumque sit vindicare possit, ac ea uti, intuitu utilitatis, et commodi, quae ius plena simpliciter est. Unde ad quemcumque transeat, manet adhuc sibi obligata et devincta, quae res transivit cum onere, quo affectae. hoc ius definiri potest facultas, seu potestas utendi re pro libito. Ius vero ad rem est titulus, ratione cuius hic immediate, et directe actionem personalem, seu in alterius personam habens rem, et sibi debitum facultatem, ut illam exigat in iudicio, [illegible] in ordine ad utilitatem propriam, ut late explicat noster Molinaeus [illegible] tractat. de iustitia et iure disp. 2, [illegible] n° potest liberè uti ad hanc utilitatem,

q̃ n̄ e implicitatiua, cu n̄ sit sibi idm̃ et directe obligata, seu deuincta res ipsa, et persona eq heny.

Hinc orintur magis stetq grauy difficultas, quq complecteretur P. Lugo, ea Ostendit in exponendo id iusty, qd tanquam speciale obty respicit iustitia. Ratio diffi-cultatis e, qq ety ois uirty ad alterv dicta a iustitia, ut charitas, obe-dientia &c respiciunt p obto iustq: nq charitas inclinat ad reddendy iusty Deo debity: obedientia inclinat ad tribuendy iusty debity superiori, q̃ qd iusty, siue debity h recte exponi obty specialiter tibi, quo receeny ab oi alia uirtute.

Restat aliquod obty, quod iustitia ut speciale respiciat, n̄ e quodcunq debity, sed debity ex iustitia. Displicet responsio, qida quidq explicat, eruidet, petere quq. Alii dicunt speciale iusty, quod habet p obto iustitia, ce illud, cuius uiolatio Ostendit iniuria. Sic docent P. Lessius lib. 2o de iustitia et iure cap. 2o, et P. Molina tomo 1o de iustitia et iure tracta. 1o disp. 1a Ratio illorq e, q aiunt debity ex iustitia Omodius explicare nequit, quq firmis ofss, qd e iniuria. Placet pauna hec responsio, neq in hac difficultate magis immorandy eq pertinent ad aliq mq.

Reueniendo denique ad sctes, in quas diuidit iustitia, hec in sua sumpta diuidit in generalq, siue legalq et in parlq. Generalis, siue legalis e, qua tribuit ab unoquoq, qd iusty e sibi reipublicae, cuius pars ipse e. Unde q iusty, seu debity reipub. e bony publicy, oe et soly bony publicy e obty eius iustitiae. Dicitur generalis, q ad eq pertinet dirigere reliquas oes uirtutes fortitudinq, temperantiq, liberalitatem &c ad sue bony reipublicq, Ostenditur in se oes uirtutes, quatenus illas exercendy causat in bony publicy refert. Dicit legalis, q inclinat ad operandy si legq propria eius huius legitimo directo fit medis

legibus Creatoribus bonis Dei. Pacis iustitia est illa, qua
tribuitur quod debitum est unicuique Personae. Unde respicit solum bo-
num partis, quia hoc debetur parti ut tali.
Subdividi solet ius-
titia partis in commutativam et distributivam. Distributiva est, quae
occupatur in commodis, et oneribus, seu publicis distribuen-
dis inter personas aequales, v.g. in distribuendis officiis, beneficiis
et aliis eiusmodi inter duas diversas potest, qua unicuique tribuitur ius de-
bitum secundum aequalitatem geometricam; Commutativa iustitia appellatur, quae exer-
cetur in regulandis commutationibus, aut contractibus, seu conventionibus, et di-
citur potest, qua unicuique tribuitur iustum et debitum secundum aequalitatem arithmeti-
cam.
Verum ad aequalitatem geometricam solum requiritur imperfecta aequali-
tas, nempe proportionis ad proportionem; Ad arithmeticam vero requi-
ritur aequalitas perfecta rei ad rem. hoc totum quod explicatur exemplis.
Si rex impertiatur Petro praemium ut quinque propter merita ut qua-
tuor, et Paulo praemia ut decem propter merita ut octo, tunc qui-
dem datur aequalitas geometrica in distributione praemii, quia ea datur pro-
portio inter praemia collata, quae inter merita supp. Item si
quis solvit mille pro gemma, quae aestimatur mille, datur aequali-
tas arithmetica in contractu, quia quantitas rei acceptae, et data est
praemii eadem. Has divisiones meminerunt theologi cum Arist. 5°
Ethicorum cap. 1°, et 3° ethicorum cap. 2°, et cum Divo Thoma hic q.
58 art. 4 et 6, et q. 61 art. 2° et 3°.
Huic divisioni accedere
etiam solet iustitia vindicativa, de qua meminerunt aliqui cum D.
Thoma q. 108 art. 2°, dicitur autem iustitia vindicativa, quae exer-
cetur in vindicta, et poenis infligendis pro delicto servando aequa-
litatem iuris.
Sed quia D. Divus indicant hanc iustitiam esse partem

idq l uq commutativa, lcq distributiva ? ideo vindicativa numerat. Doctor ut 3am spem iustitiae partic.

Unde colliges, quaenam sint munera triplicis spei iustitiae supra expositae, et ad quid ponat in subditis personis illas exercentibus. Munus iustitiae generalis est procurare bonum publicum et commune, et ad hoc ponitur in quanto pars reipublicae, et etiam in principe, in quanto est pars reipub., nam cuilibet civi et principi etiam incumbit bonum reipub. procurare. Munus vero iustitiae distributivae est procurare bonum partis cuiusvis reipub. servando proprium iura, et ad hoc praestandum ponitur in tota republ. aut etiam in principe quatenus operatur nomine totius reipub. Reipub. enim et principi operanti nomine reipub. incumbit onera et commoda distribuere ad aequalitatem debitam. Munus iustitiae commutativae est, quod unaquaeque pars reipub. servet ius alterius, et ad hoc ponitur in unoquoque cive in alterum. An dicta tres iustitiae sint proprie, rigorose et univoce, et an omnes spes iustitiae rigorosae et strictae sint, res est ad alias sedes pertinens. C. 2. definitur restitutio.

Caput. 2.

Definitur restitutio.

Ut intelligatur quid sit restitutio, et cuius iustitiae sit actus, observandum est quoad nos praesentem attinet duobus modis accipi posse restitutionem. 1o latissime pro exhibitione eius, quod quis praestare tenetur ex iustitia, in qua acceptione solutio pretii rei emptae, verbi gratia, ... solutio mercedis ... redditio commodati, depositi, mutui, et sibi verbi gratia oppignorato, et absque ulla mora, atque adeo absque iniustitia dicuntur restitutio. Et definitur post exequutio actus iustitiae, seu actus, quo redditur quod ex iustitia debetur. Si autem ideo quod redditur debeatur ex iustitia commutativa, restitutio in hac acceptione erit actus iustitiae commutativae. Si vero debeatur ex iustitia distributiva poterit esse actus iustitiae distributivae.

Secundo modo accipitur pro restitutione pre-
sumi pro exhibitione eius, quod quis ex iustitia [commutativa] tenetur, præce-
dente iam inuita illius intentione, saltem maliter. In hac acceptione res-
titutio interdum, ac frequentius est actus iustitiæ commutativæ, interdum vero et
raro potest esse actus iustitiæ distributivæ. Ut si quis in mora fuerit cul-
pabili distribuendi bona communia alteri, quæ tenebat. Si tamen deinde ea-
dem bona distribuat illis, quibus erant distribuenda, talis distributio
pertinet ad iustitiam distributivam.

Tertio modo accipitur pro restitutione pro exhi-
bitione eius, quod quis idcirco ex iustitia reddere tenetur, quod aliquem in-
iuste fraliter, aut maliter fuerit in aliquo defraudatus, aut læsus.
nomine defraudationis, aut læsionis significatur, cura eius, quod quis
habere debet, siue illud sit pro corporis, siue honor, siue fama, siue bo-
num spirituale, siue temporale, et siue illo careat pro furtum, aut damnum
iniustum, siue quia illi damnum illatum est, vel impediendo illum ab consequutione
alicuius boni, siue quovis alio modo iniusto fraliter, vel maliter.

Restitutio
In hac acceptione est actus, quo ex iustitia commutativa exhibetur aliquid in
recompensationem eius, in quo aliquis fraliter, aut maliter defraudatus, aut læsus
est. Quod intelligendum est, siue idem, quod ita exhibetur sit illud idem, in quo aliquis
defraudatus, aut læsus est siue aliud pro illo, quod omnino non exhiberi potest, aut
non est necesse quod exhibeatur, vel quia res sit equalis bonitatis, et eiusdem rationis,
vel quia id, cui restituendum est, dicitur est equivalenti.

Quod dicitur attinet ad sig-
nificationem, et ethimologiam nominis Restitutio, apud peritos latinæ linguæ
restitutio significat redditionem ex qua aliquid est, quæ ueniat, vel reductionem in pris-
tinum statum. In qua acceptione dicitur quis restitutus in pristinam salutem
beneficio medicinæ, et in pristinam dignitatem opera amici. Apud iu-
ris peritos restituere accipitur pro iterato statuere aliquem in
pristinum statum, qua in acceptione definitur restitutio lege restituenda ff

de verborum significatione, pro restitutione in pristinum statum. A theologis vero accipitur hic restitutio proprie et stricte pro reductione ex debito iustitiae defraudati, aut laesi ad statum, in quo antea erat, quoad id, quod fieri potest, ac debet, in qua acceptione Navarrus cap. 17 n.o 6 definiens restitutionem ait: restitutio apertius et brevius, quam hactenus definiri potest, est actus iustitiae specialis commutativae, quo redditur alteri id quod suum est, seu quod ei debetur lege vera iustitiae formaliter seu virtualiter debitum aut corporis, seu honoris, seu pecuniae. Et haec definitio redundantiam quam conceditur res per contractum mutui, seu depositi accepta, seu quidpiam ex contractu [illegible] solum improprie, et late dicitur restitui; Et ita datur actus iustitiae specialis commutativae, quo redditur alteri, quod suum est; ergo etc.

Reiecta.

Coaptata definitione proprie et stricte definitur restitutio consequenter ad definitionem iustitiae traditam actus, quo unicuique tribuitur ius prius laesum. Ubi prima illa verba, actus, quo unicuique tribuitur ius, sunt genus, per quod convenit restitutio cum omni actu iustitiae habitualis; posteriora vero quo ius laesum, sunt differentia, per quam differt ab omni alio actu iustitiae. Nam licet omnis actus iustitiae habitualis tribuat unicuique ius suum, tamen ius antea laesum non tribuit, nisi per restitutionem. Quod autem haec recte definiatur sub formula data ex eo suadetur, quia exercitium aliarum habituum recte definitur, si mutatis mutandis illi applicetur definitio habitus, cuius est exercitium. Sic exercitium charitatis recte definitur, actus, quo amatur Deus super omnia, quia nimirum charitas habitualis inclinat ad amandum Deum super omnia: et restitutio est exercitium iustitiae habitualis, ut ex dicendis abunde constabit, iustitia autem habitualis inclinat ad tribuendum unicuique ius suum; ergo recte definitur actus, quo unicuique tribuitur ius suum. Rursus restitutio differt ab aliis actibus iustitiae habitualis, quia per illam reparatur ius antea laesum, ergo restitutio gratis ponitur in eius definitione tanquam differentia.

Sed oppones 1.o

n. recte definitur restitutio formulâ, quae recedit à communi modo loquendi: at definitio tradita recedit à communi loquendi modo; ergo etc. non definitur recte restitutio. Maior constat; quia non est licitum recedere à communi modo loquendi. Minor probatur; quia restitutio communiter definitur ab authoribus his, et similibus formulis, redditio rei ablatae: compensatio damni illati: reductio ad aequalitatem inaequalitatis factae formaliter, seu materialiter, iustitiae commutativae: at ab his formulis nostra differt, ergo etc.

Resp. Concessa maiori, nego minorem. Ad probationem concedo maiorem et nego minorem, quia definitio à nobis tradita cum enumeratis in aequo reipsa coincidit. Nam actus, quo unicuique tribuitur ius proprium ipsius, est redditio rei ablatae, compensatio damni illati, et etc. Placuit vero praeterea nostra formula, quia conformior est definitioni iustitiae, cuius actus est restitutio.

Opponens 2°: solutio pretii rei venditae est actus, per quem emptor tribuit venditori ius suum; et tamen non est restitutio proprie, ut supponunt omnes D.D.; ergo restitutio non bene definitur actus, quo unicuique tribuitur ius etc. — Resp. Concessis praemissis, nego consequentiam. Potius ergo inferatur bene definiri restitutionem sub formulâ à nobis tradita, quia expresse affert discrimen inter restitutionem à solutione, quod consistit in eo, quod per restitutionem tribuitur ius ante possessum; per solutionem vero tribuitur venditori ius suum, non tamen ius ante possessum.

Opponens 3°: definitio restitutionis data convenit satisfactioni ut tali: at satisfactio ut talis non est restitutio, ergo non recte tradita est restitutionis etc. Maior probatur; quia satisfactio ut talis tendit ad faciendum satis pro iniuria, ac proinde est actus, quo tribuitur alteri ius ante possessum; ergo etc. Minor etiam probatur; quia licet omnis restitutio sit satisfactio, tamen non omnis satisfactio est restitutio: nam satisfactio, quam Deo reddimus pro nostris peccatis est vera satisfactio: et tamen non est restitutio, cum nihil Deo proprie restituamus pro ablato à nobis; ergo etc.

Resp. satisfactionem accipi late pro adimpletione eius, quod quis aliquomodo debet, quo pacto

comprehendit restitutionem, et e contra non reperitur. Accipitur restitutio pro impen-
sione de equivalenti eius, quod quis debet ex iustitia, quam in acceptione
etiam latius patet, quam restitutio. Secundo accipitur pro compensatione ad equalitatem
damni iniuste illati. In hac 2a acceptione non differt a restitutione. Un-
de nil minus, si illi conveniat restitutionis definitio, quae tamen non convenit illi in
duplici 1a acceptione. Loquendo de satisfactione, qua Deo reddimus pro
peccatis eliciendo actus contritionis, et macerando corpus castigationibus
voluntariis in obsequium Dei in sua attenentia peccatis contra divinam legem
et contra iniuriam Dei, dicendum est non differre a restitutione, sed in
sua negantia. Unde patet ad argumentum.

Opponet 4o restitutio non solum repa-
rat damnum, quod illatum est, et etiam occurrit damno, quod imminet, ne
sequatur, ergo restitutio non bene tribuitur in ante legem, ut denotatur
definitio, et etiam illum, quod denotetur. Arguitur quia si quis reddat aurum accep-
tum ubi, et quando, si non redderet, sequeretur damnum, absque dubio restituit, et
tamen non datur damnum, aut ius laesum est, sed sequeretur, aut laederetur, ergo [illegible]. Sic
arguit ingeniose R., qui propterea definit restitutionem hac ratione, actionem
iustitiae occurrentem damnationi alicuius rei detentione. Ubi compulsio utitur
verbo occurrens, quia ut explicet ipse, dupliciter occurritur damno proxi-
mi, vel illud reparando, si sequutum est, vel praeveniendo, ne sequatur.

Resp.

negando argumentum. Ad probationem distinguo antecedens: restituit aurum, omitto antecedens; resti-
tuit damnum, quod alioqui sequeretur, nego antecedens. Nam restitutio est repa-
ratio, non praeoccupatio damni, et sentiunt omnes DD. Et [illegible] hac ratione,
nequid laudaret proximum sibi, vel quando, si non laudaret denigraret eius famam,
apud omnes non restituit famam, et [illegible] non alia de causa, nisi quia nova lau-
datione vel infamia praesuppositam reparat, et solitur, denique non praesuppositum damnum,
aut ius proximi laesum, non exercet actum restitutionis. Concludo restitutio est
actus iustitiae particularis commutativae.

Caput 3.

Restitutione actus iustitiae particularis commutativae.

Sit 1a conclusio: restitutio est actus iustitiae particularis. Colligitur conclusio ex dicta communi restitutionis, et est communis inter theologos. Probatur, quia tota iustitia particularis inclinat ad tribuendum unicuique quod suum est, vel reparando illud, si ablatum sit, vel servando ut sit integrum: sed restitutio est actus, quo tribuitur aut reparatur suum unicuique, quod antea ejus erat; ergo restitutio est actus iustitiae particularis.

Sit 2a conclusio: restitutio est actus iustitiae particularis commutativae. Probatur, quia restitutio est actus, per quem tribuitur unicuique quod est suum proprie sumptum: et actus per quem tribuitur unicuique quod suum proprie sumptum, est actus iustitiae particularis commutativae; ergo restitutio est actus iustitiae particularis commutativae. Maior constat. Minor probatur: nam omissa iustitia vindicativa [illegible] quia non est ergo, nam actus iustitiae distributivae quae sola remanet, non tribuitur unicuique quod suum proprie sumptum, et latum et improprium. Particularibus enim non inest ius simpliciter ad remunerationem, ut ab ea recipiant beneficia, officia etc.; ergo actus quo unicuique tribuitur ius suum proprie sumptum pertinet ad iustitiam particularem commutativam.

Sed objicies contra hanc conclusionem: restitutio requirit esse actum illius virtutis, qua proprie violata oritur obligatio restituendi: sed interdum violata proprie iustitia generali, et interdum violata proprie iustitia distributiva oritur obligatio restituendi; ergo restitutio potest esse actus iustitiae generalis, et etiam iustitiae particularis distributivae. Minor quoad primam partem probatur duplici casu. Primo quia si reus illegitimo iudicio dissimulet veritatem, qua sententia agenda mutaretur, poena pecuniaria, absolute obligatur ad solutionem eius poenae sicut ad restitutionem etc.; tunc non violat aliam iustitiam, quam generalem: ergo ex expressa violatione iustitiae generalis oritur obligatio restituendi. 2o, quia si quis edictum regis ex parte [illegible], vel abscindat domum fructuum, vel quid aliquid quod ille cum damno reipublicae, tenetur eo ipso resarcire, aut restituere reipublicae damnum illatum: et tamen in damno inferendo solo violavit iustitiam publicam, aut

aut legalis ergo [illegible].

Minorem quoad posteriorem partem probo alio duplici casu: 1º ille
qui distribuit legatum inter plures, quod ex voluntate testantis distribuendum est
secundum singulorum merita, et consequenter si aliquem defraudet, vel minus tribuat, quam
exigunt merita ut comparata cum meritis ceterorum, tenetur ad restituendum dam-
num illatum sua iniqua distributione: et tamen solum violaret iustitiam distribu-
tivam: ergo ex sua violatione iustitiae distributivae oritur obligatio restituendi. 2º,
si dux exercitus reportata victoria nil attendat ad distribuenda spolia
habita ex majora et minora militum merita, sed pro suo libito ea dividat, tenetur uti-
que ad restituendum militibus damnum datum; et tamen iniusta sua spoliorum dis-
tributione solum laedit iustitiam distributivam dictantem, hoc quanto plus
alii merentur quam alii, tantumdem ipsorum praemia sint majora aliorum praemiis;
ergo [illegible].

Respondeo ad argumentum concessa majori, negando minorem quoad utramque partem. Ad 1am
partem probationem nego majorem. Nam reus ille occultans veritatem non
tenetur reipsa ad solvendum poenam pecuniariam ab ipso judice violenter ex-
torquendam; quia per occultationem veritatis, licet faciat contra iustitiam legalem, non tamen com-
mutativam, quod sibi inerat suspensionem pecuniae, et ideo non obligatur
amittere illam. Cum nemo obligetur abdicare se bonis reipsa quae habet
inspectis retinet verum dominium. Ad 2am probationem, negatur major, quia poenam
iniustum [illegible] ex materia iniustitiae contra leges principis cum damno reipublicae, ad
nil obligatur, nisi in ea exspectatione ex aliquo accidenti interveniat ali-
quid laedens strictam iustitiam. Nam non statim ac sequitur damnum proximum ex
aliqua actione, consurgit obligatio ex iustitia illud resarciendi. Quando enim non
succurrunt graviter indigentibus sed damnum sequitur, et tamen non tenentur damnum
compensare ex debito iustitiae.

Ad 1am posteriorem partem probationem concedo majorem et
nego minorem: nam ille iniquus dispensator legati sua iniqua distributione
laedit [illegible], et cum iustitia commutativa. Nam ex voluntate testatoris ius abso-
lutum in parte ad legatarios in ordine ad percipiendum aliquid ex legato

cum a fa[?] in et dignitate singulorum. Ad 2um ydbaeque de casu maxi, nego minorem q. dux exercitus n. q medius militum, et si suo libito dividens spolia capta ab hostibus inaequa[li] dividuae laedit iustitiam distributivam, etiam commutativam. Quia dominibus militibus inest ius strictum ad massa spolia. Quod quidem clare, ut ut bene notat P. Laiman bona publica, quae a republ. dispersantur, ... in duplici dua, alia, quae tendunt in commodum ... reipub., ut officia, beneficia &c., alia, quae tendunt in bonum, et commodum partem, qualia ... spolia hostilia. Ad priora bona n. e ius strictum in ambobus, ... in ... republ. ad posteriora bona accipienda ... singulorum ... datur, sane verum et strictum ius in ambobus, seu militibus. Unde dux distribuens spolia ... maxi, aut minori dignitate militum inaequa[li] distributione ... iustitiam commutativam, et ipsis iniquitatem ... [illegible] Atque ideo tenetur eisdem damnum resultans compensare. hoc ... in hoc loco in bonis publicis primi generis ... quae ... ... oppositum, et publicis edictis. Si enim male distribuant, et inde subsequatur damnum reipub., compensatio ne facienda ... reipublicae ... [illegible] damnum ex electione indignorum postpositis dignioribus. Disp. 2a an restitutio sit necessaria ad salutem, et obquale praeceptum. C. ... restitutio n. e necessaria ad salutem necessitate medii, et necessaria necessitate praecepti.

Disp. 2a

an restitutio sit necessaria ad salutem, et obquale praeceptum?

Cap. 1.

Restitutio n. e necessaria ad salutem necessitate medii, et necessaria necessitate praecepti.

Bifariam, ut explicuimus in ma de Eucha., ... aliquid necessarium ad salutem, vel necessitate medii, vel necessitate praecepti: illud vocatur necessarium necessitate medii, quod, cum necessarium sit, concurrat positive ad ... iustificationem, ac proinde talis ... ut sine illo etiam ...

inculpabiliter omittat, non obtinet salutem. Et hujus non est necessitas
Baptismi: quia nemo non baptizatus sine aliquo baptismo, flumi-
nis ut aiunt, flaminis, aut sanguinis potest ingredi regnum coelorum.
Illud vero vocatur necessarium necessitate praecepti, quod ipsum dumtaxat negative
ad non justificationem, quatenus potest removere prohibens, auferendo peccatum
mortale, quod fieret, si non adhiberetur, et impediret non justifica-
tionem et beatitudinem. Unde sine illo inculpabiliter omisso potest obtineri
salus. Hujus generis est observantia cujuslibet praecepti ecclesiastici;
nam qui obstante peccato illud omittit, non propterea excluditur a regno coelorum.
Inquiritur modo an restitutio sit necessaria aliquo ex modis explicatis?

Sit 1a

Conclusio, restitutio non est necessaria necessitate medii ad salutem. Ita omnes
fere Theologi, et probatur quia illud non est necessarium necessitate medii ad salutem,
sine quo, dummodo praetermittatur inculpabiliter, potest obtineri salus: de [illegible]
titutione omissa inculpabiliter potest obtineri salus; ergo restitutio non est necessaria
necessitate medii ad salutem. Major constat ex explicatione nuper tradita
medii necessarii necessitate medii prout distincta a necessitate praecepti. Minor
suadetur manifeste. Nam quando iniquus damnificator potest inculpabiliter adigi [illegible]
[illegible] unde pervenit damnum [illegible], praetermissio restitutionis est illi inculpa-
bilis; et tamen potest sine dubio obtinere salutem, si velit eum poeniteat suis
peccatis &c.

Dices, quia restitutio damni semel facti non est magis necessaria
ad salutem, quam non damnificatio, aut non furtum. Et non damnificatio, et non fur-
tum non sunt necessaria necessitate medii ad salutem, ut constat in latrone
illo felici, qui post plurimas damnificationes, et plurima furta subripuit
sibi regnum coelorum; ergo restitutio non est necessaria &c.

Sit 2a Conclusio, restitutio
est necessaria ad salutem necessitate praecepti. Ita omnes Theologi. Et est de fide,
ut constat ex pluribus et manifestis S. paginae testimoniis, ergo inclamat
dari praeceptum restituendi. Nam in veteri testamento Ezequielis cap. 33

promittit Deus impio veniam peccatorum sub hac conditione restitutionis verbis: si autem dixero impio morte morieris, et egerit poenitentiam, et pignus restituerit, rapinamque reddiderit &c. Et Tobiae 2° dicitur videte ne forte furtivus sit, reddite eum Dominis suis; quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Et in novo testamento Mathei cap. 22 ait Christus Dominus, reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo. Et Apostolus ad Rom. 13, reddite omnibus debita: cui tributum tributum: cui vectigal vectigal. Et infra, nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis.

Probatur 2° ex testimonio D. Aug. epistola 54 ad Macedonium, ubi luculenter exponit praeceptum restitutionis his verbis: si res aliena propter quam peccatum est, reddi potest, et non redditur, poenitentia non agitur, sed simulatur, si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, si, ut dixi, restitui potest.

Probatur 3°: datur praeceptum naturale et Divinum graviter obligans, ut quantum fieri potest servetur semper justitia, et aequalitas, viteturque injustitia, et inaequalitas, ut datur ex praecepto decalogi, non furtum facies: sed quando res aliena iniusto domino rapitur, detinetur, aut destruitur, nequit vitari injustitia, et inaequalitas, nisi restituatur; ergo restitutio est necessaria necessitate praecepti ad salutem.

C. 2. solvuntur argumenta utriusque sententiae: ubi an animae defunctorum detineantur in Purgatorio donec eorum debita solvuntur ab haeredibus?

Cap. 2. Solvuntur argumenta utriusque sententiae: ubi an animae defunctorum detineantur in purgatorio donec eorum debita solvuntur ab haeredibus?

Contra 1am sententiam arguunt apud Castillo dicitur Gabriel in 4° dist. 15 q. 2a, arguens 1° ab authoritate: nam D. Thom. hic art. 4 asserit restitutionem esse de necessitate salutis: sed quod est de necessitate salutis in sensu Divi Thomae est necessarium necessitate medii; ergo ex Divo Thoma restitutio est necessaria ad salutem necessitate me-

dii. — Resp. Daria marani, negando minorem in sa. Bin. thome illud dicitur de necessitate salutis, quod absolute e nanum, aut ita quod omitti voluntarie non possit sine peccato. Certum e non ea nanum ad salutem necessitate medii quidquid utroque modo e nanum ad salutem, aut voluntarie nequit omitti sine peccato; alioquin observatio cuiuslibet praecepti ecclesiastici esset naria ad salutem necessitate medii. Non ergo ex mente Binthome restitutio e naria ad salutem necessitate medii.

Arguunt 2º, animae defunctorum, qui debuerunt, non solverunt, quae debebant, detinentur in purgatorio, donec eorum debita solvantur ab haeredibus: et hoc non ob aliam rationem fieri potest, nisi quod solutio debitorum, sive restitutio sit naria ad salutem, et ingrediendum regnum caelorum necessitate medii; ergo restitutio e naria ad salutem necessitate medii. Maior videtur doceri à Sto. Aug. no loco supra citato, et e Doctrina fidelium, qui ob hanc rationem moventur ad citius, plenius, et diligentius satisfaciendum debitis defunctorum; ergo Mai. Minor probatur, quia non apparet ulla alia ratio, ob quam intercludatur transitus in caelum. Et

Confirmatur ex non nullis apparitionibus, quae in historiis fidedignis referuntur, eorum qui decesserunt cum debitis, et apparuerunt in hoc mundo, atque exoraverunt à vivis solutionem ac restitutionem eorum, quae debebant, ut inde à poenis purgatorii liberarentur; ergo solutio debiti, sive restitutio e medium nanum ad salutem, ut sine illo nemo transmittatur in caelum.

Resp. negando maiorem. Nam debitor, qui decessit in gratia absque dubio liberatur à purgatorio, dum satis poenis fuerit pro peccatis, sive interea solvantur eius debita, sive non solvantur, ut docet communis Theologorum opinio, à qua pendere ea fidelium persuasione despicitur, et stultus error, et vana opinio horum ignorantium, et vulgarium. In confirmatione pro ea allegatur, D. Aug. qui quidem verbis supra adductis loquitur de remissione vulgi in

hoc iure, qui cum non restituit cum possit, reus est semper culpae.

Ad 3^m.^ admitto antecedens nego consequentiam, quia inde solum deducitur, nam cum esse restituendum debitum, sive restitutiones in quibus defuncti liberent, semper a purgatorio, ut ut illius liberent. Quod verum est et distinguere potest, si restitutionis executor efficeret pro defuncto satisfactionem illius boni, et usu operum, sicut frequenter evenit, qui accipit restitutionem curitet, ad orandum, et faciendum opera satisfactoria pro defuncto, ut exigit lex gratitudinis.

Resolutio tradita, quae contrae apud theologos est, oppositam a magistro Soto de iustitia et iure q. 6 art. 1° proposuit his verbis: in purgatorio nulla sit, tamen vero expectatio restitutionis, et tamen sit satisfactio, seu satisfassio. Hoc dixerim ad repellendum errorem vulgi, qui arbitrantur defunctos in purgatorio demorari quousque restitutiones, quas sibi relictas commendavit, executioni mandent. Est enim ridiculum. Haud siquidem lex esset digna Deo, si sanciret, ut quis pro aliena culpa pateretur, quae nullatenus in sua est libertate. Alioquin si heredes nunquam restituerent, nunquam miser ille exiret illo purgatorio carcere, quatenus tunc purgatorium verteretur in infernum. Huiusque magister Soto. Legant Pater Bellarm. lib. 1° de purgatorio, eximius Doctor Pater Suarez tomo 3° in 3 partem disp. 48 sect. 8.

Contra 3^am^ 3^am^ Doctorum sensisse credunt aliqui recentiores Graecos, ut refert Guido Carmelita apud Ioannem Martinez del Prado tomo 3° cap. 1) q. 1^a^ §. 4, qui existimabant restitutionem ablatorum nullo modo esse necessariam ad salutem: ac proinde finibus et latronibus nullam restitutionem iubebant, et loco restitutionis oleo ipsos ungebant, et quandam summam pecuniae exigebant sibi et ecclesiae in eleemosinam, sicque impendebant absolutionem. Graecos idem defendere conatur Pater Lessius attendens in Graecos fl. hunc errorem deferri, eo, quod nulli ex scriptoribus

antiquis eius se meminerat. Sed quid sit de sa [illegible]
O illo [illegible] à solutione argumentorum.

Argues 3 1° D. 23

Obiicies: [illegible] sola elemosina potest homo mundari à peccatis, et
[illegible] in regnum coelorum: ergo restitutio non est necessaria necessitate praecepti. Ans. probatur: nam Christus Dominus reprehendens Pharisaeos rapina, et iniquitate plenos, non eos obligat ad restitutionem, sed ad solam
elemosinam. Luce cap. 11 ait: verumtamen quod superest, date elemosinam: et ecce omnia munda sunt vobis: atque si daret praecepta restitutionis, non illud reticeret Christus Dominus, nec [illegible] sola elemosina [illegible]
qui mundari à peccatis [illegible] iustitiae [illegible].

Resp. nego ans. ad probationem
nego maiorem. Quia Christus Dominus nunquam docuit solam elemosinam sufficere
ad mundationem à peccatis [illegible] iustitiae. Neque ex eo, quod ipse in loco citato non
meminerit praecepti restitutionis infertur hoc non dari. Sicut ex eo, quod inibi
omittat praeceptum agendi poenitentiam propter peccata iniustitiae, non infertur
non dari praeceptum agendi poenitentiam propter eiusmodi peccata. Dari
ergo praeceptum restituendi, et probatio manet, obseruandumque est a volente
mundari à sua iniustitia. Per elemosinam autem, ut notant interpretes, homo non mundatur formaliter à peccato, sed remote et dispositive, quia
elemosina est dispositio ad poenitentiam.

Verba à Christo Domino prolata uno e
dubiis modis exponenda sunt. 1° in sensu proprio aliqui [illegible] tunc,
nec elemosinam ad munditiam intentam non excludit, sed supponit poenitentiam in ceteris, quae ad veram poenitentiam necessaria sunt, ac proinde eius restitutionem
si facultas sit restituendi. Ita exponit Sanchez [illegible] 2° accipi potest
in sensu ironico, ac irrisorio ut [illegible] ironice, et accipitur illud Dei
ad Adamum Genesis cap. 3 ecce Adam quasi unus ex nobis factus
est, sciens bonum et malum, et sensus est, vere, quod superest, id est, quod
habitis, et vobis remanet, date elemosinam [illegible]

ante oculos, ut Mathei cap. 6. notatum fuerant a Christo Domino] et
ecce sic mundus it. vobis, id est existimationi vanae, cum ridiculi sint
in tali stulta cogitatione. Ex quo constat nullum eius hanc argumentum contra nos.

Argumentum 1°. qui omittit restitutionem, non peccat, quia nullus datur casus restituendi tota a legitima. 2° arg. Non potest peccare qui omittit restitutionem, nisi dominus rei, quae ablata est, rationabiliter sit invitus in omissione restitutionis: sed dominus rei ablatae nunquam est rationabiliter invitus in omissione restitutionis: ergo etc. Maior constat. Minor, quia unusquisque tenetur ex ordine rationis, et charitatis legis debet malle pati damnum in quolibet bono temporali, quam quod alius peccet mortaliter. Ergo etc. nec est invitus dominus rei ablatae, ideo quod sibi non fiat restitutio, debet quidem desiderare, ut fur, qui ad id non est paratus, non restituat; nam alioquin fur non restituendo peccaret mortaliter.

Respondendo arg. Ad primum concedo maiorem et nego minorem. Ad istius probationem distinguo antecedens: unusquisque tenetur quam quod alius peccet mortaliter ex ignorantia, aut infirmitate, concedo antecedens; quam quod alius peccet ex malitia, nego antecedens. Porro peccatum non restituentis non est peccatum ex ignorantia aut infirmitate, sed ex pura malitia consistens in omissione restitutionis, cum fieri possit, et supponitur. Unde ad vitandum peccatum alterius non tenetur dominus rei ablatae pati damnum sibi proveniens ex eo, quod non fiat restitutio, potestque esse invitus, sive rationabiliter invitus, donec obtineat ab iniquo damnificatore quod suum est. nullatenus tenetur, quia decedat bona temporalia alterius, quae illi non indiget ad salutem spiritualem, aut corporalem, nisi ex sua malitia, et nequitia, quae sine illis potest sibi subvenire, si velit, ut Omnigit fur non paratus restituere eum ponit.

Omnium maius, quod legitime non sufficit dominus debitum alterius, ut evidet, iniustum. Nam pauper, qui non extreme indigeat, committeret iniustitiam, si occuparet

aut retineat res divitis ipso invito. quoniam adhoc non sufficit, quod id postulent aequitas, misericordia et charitas, imo et quod sub praecepto obligent divites et [illegible] et quod iste peccet [illegible] dicendo; et ulterius requiritur veniam [illegible] illius ad id [illegible] quod debeat [illegible] titulo stricte iustitiae, et non titulo solius charitatis, vel alterius virtutis distinctae a iustitia. Cap. 3 Praeceptum restituendi est negativum.

Cap. 3

Praeceptum restituendi est negativum.

Praeceptum in genere dividitur in affirmativum, et negativum, illud praecipit aliquid positivum et tale est praeceptum audiendi sacrum, et praeceptum communicandi; istud praecipit aliquid negativum, et tale est praeceptum decalogi, non occides, et praeceptum non furtum facies. Cum ergo restitutio rei ablatae, utrumque probatur esse necessaria ad salutem in aliquo praecepti, restat inquirendum, qualem praeceptum restitutionis? An affirmativum, an negativum? Super qua difficultate [illegible] referet, Doctores sa... docet praeceptum restitutionis esse partim affirmativum, et partim negativum. Ita plures Theologi apud Dicastillo. [illegible] aiunt esse simpliciter affirmativum, ita Soto lib. 4 de iustitia q. 6 art. 1. Lessius cap. 7 dubitatione 3. P. Valenzia disp. 5 q. 6 puncto 2, et Bonacina disp. 1 q. 1 puncto 2. 3a sententia absolute est negativum. Ita Medina cap. de restitutione, Ruiz de Navarra lib. 1 cap. 1 dub. 3, P. Vasquez 1a 2ae q. 72 articulo 2, P. [illegible] disp. dub. 2. P. Molina et Cardinalis de Lugo.

Sit nostra

Dicimus: praeceptum restituendi est absolute negativum. Prob. 1o, quia illud est praeceptum negativum, quod praecipit aliquid negativum; sed praeceptum restitutionis praecipit aliquid negativum: ergo praeceptum restitutionis est negativum. Minor ad quam dissolvitur tota difficultas probatur; quia praeceptum restitutionis praecipit absolute non retinere alienum invito domino: et non retinere alienum est aliquid negativum, nempe negatio retentionis, ergo praeceptum restitutionis praecipit aliquid negativum. Maior probatur quia idem est dicere restitue, ac ne retineas alienum.

et idem est dicere: jejuna, ac ne comedas bis in die; ergo praeceptum de restitutione absolute praecipit non retinere alienum invito domino.

Prob. 2°. quia praeceptum restituendi est praeceptum non detinendi furtum: et praeceptum non detinendi furtum est negativum; ergo praeceptum restituendi est negativum. Major constat, quia non restituere est detinere furtum: ergo praeceptum restituendi est praeceptum non detinendi furtum. Minor constat, quia eodem praecepto prohibetur furtum, et detentio furti, sicut eodem praecepto prohibetur odium proximi, et continuatio illius: et praeceptum non furandi est negativum; ergo praeceptum non detinendi furtum est negativum.

Prob. 3°. quia praeceptum affirmativum in eo maxime distinguitur a negativo, quod illud ad sui observationem petat actionem positivam; hoc vero nullatenus petat per se actionem positivam, sed solum eam exigat, quatenus impeditivam alterius actionis: et praeceptum restituendi ad sui observationem solum petit actionem positivam quatenus impeditivam alterius actionis, nempe actionis, qua retinetur res aliena; ergo praeceptum restituendi est negativum.

Sed arguitur contra 1°. Praeceptum restitutionis praecipit actionem positivam: et praeceptum, quod praecipit actionem positivam est affirmativum; ergo praeceptum restitutionis est affirmativum. Major probatur, quia restitutio est actio positiva, ut enim a nobis definitur est actus, quo tribuitur unicuique quod antea suum erat: et actus, seu actio, quae est aliquid positivum; ergo etc. — Resp. nego maiorem. Ad probationem nego maiorem. Quia restitutio ut a nobis explicatur non est actio positiva, nisi quatenus est negatio, seu impeditio alterius actionis. Pro quo observa actionem positivam dupliciter posse considerari, vel ut actio positiva in se, vel ut est omnino quaedam, aut impeditio alterius actionis; restitutio autem ut a nobis definitur, non explicatur per actionem, quatenus positiva est, sed quatenus negatio, seu impeditio alterius actionis, nempe retentionis rei alienae. Unde restitutio non requirit primario aliquid positivum.

Argues 1.o Et uero ebiz G cedens argum. restitutio
nq dicitur inactiue positiua, q ut negatiua, aut impositiua
iniustæ retentionis, l aliis Cris dicitur in n. retentione rei alienæ; ergo
n retentio rei alienæ e aliquid uere positiuum: ergo præceptum restitutionis
præcipit aliquid positiuum. Maior n. e dubia. Minor p, q n retentio
e negatio negationis: ergo negatio negationis e aliquid positiuum, ut dicitur
in negatione tenebrarum, quæ formaliter e lux ipsa, et sic est in quacumque
q negatione uniuscuiusque uere negatiuis; ergo n retentio rei alienæ e
aliquid uere positiuum. Maior p, q retentio rei alienæ e ne-
gatio: fur enim dum retinet domi pecuniam furto ablatam, nil agit
quæ retinendo, lt aliquid egerit, quando illam subripuit: ergo etc.

Resp.

Dicta maiori, nego minorem. Ad istius probationem nego maiorem. Et ad probationem
nego ant. q retentio, quæ formaliter negat n retentionem, e ens quoddam, et
aliquid positiuum, si n physice, aut entitatiue, saltem interpretatiue, et mora-
liter; qd ad ueritatem nræ solutionis sufficit. Hoc a l abissimis aduersariis conceden-
dum e; nam qdo fur domi retinet pecuniam furto ablatam, et si nil physi-
ce agat, agit sane moraliter. Ratio e, q ipsum furem retinere, et n ape-
re physice e male agere, quatenus Dnus caret usu rei suæ in quo habet
ius rigorosum. Sic similiter operarius mercede defraudatus, n laborans nil
agit physice, agit tamen sine dubio aliquid moraliter.

Argues 2.o præceptum negatiuum
obligat semper et pro semper, ut patet in præcepto n occidendi, n mœchandi etc.
At præceptum restitutionis n obligat semper et pro semper; ergo præceptum restitutionis e
negatiuum. Prior maior p, q moraliter possessio rei alienæ ... ad
obligatione restituendi; ergo præceptum restitutionis n obligat semper. Posterior eiusdem
minoris p suadet, q fur n restituens q spatium unius horæ, n propterea pe-
ccat lethaliter; ergo præceptum restitutionis n obligat pro semper. Ergo etc.

Resp.

Concessa maiori, nego minorem. Ad utrumque probationem dist. ante..., nego conseq. q semper -

praeceptum restituendi eo modo quo praecipit restitutionem, obligat semper, et pro semper: ipsum autem non sit praeceptum de restituendo in omni casu, et de non retinendo alieno invito rationabiliter Domino, sed obligat semper, et pro semper, sive in omni casu, et pro omni tempore, in quo Dominus sit rationabiliter invitus; quando a obligatione excusatur ob parvam rei alienae, aut quia illa per breve tempus, v.g. unius horae domi retinet, non est invitus rationabiliter Dominus, propterea cessat obligatio restituendi.

Ad primum responsionem primam a Lugo dubium explico.

Nam praeceptum non habendi occasionem proximam peccandi est negativum, proinde obligat semper et pro semper: est enim inclusum a praecepto non peccandi etc., non obligat, quando occasio relinqui non potest sine maximo incommodo, et sine scandalo, quia solum est praeceptum non habendi, seu relinquendi occasionem proximam, dum potest relinqui. Praeceptum item non exercendi id, ex quo sequitur mors proximi, utpote inclusum a praecepto non occidendi negativum est et obligat semper, et pro semper; non tamen obligat quando adest gravissima causa, quia duntaxat est praeceptum non exercendi actionem, quandiu absque maximo incommodo omitti potest: propterea non peccat qui fugiens non potest mortem persequente hoste nisi per angustum, qua obterendus esset equo puer illic iacens, et fugit cum eius periculo et interitu. Praeceptum ergo restituendi cum sit praeceptum non retinendi alienum invito rationabiliter Domino, non obligat casibus, in quibus Dominus non est rationabiliter invitus, quin inde liceat inferre non esse praeceptum negativum, aut non obligans semper, et pro semper, sive pro omni tempore.

Arguitur

4. et replicabis: eatenus praeceptum restituendi esset negativum, et inclusum a praecepto non furandi, quatenus idem esset non restitutio, sive retentio rei alienae, quae prohibetur praecepto restitutionis atque continuatio furti, sive nova ablatio rei alienae quae prohibetur praecepto non furandi: at non est idem non restitutio, sive retentio rei alienae atque continuatio furti, vel nova ablatio rei alienae; ergo praeceptum restituendi non est negativum, et inclusum a praecepto non furandi. Minor probatur quia si retentio rei alienae esset nova rei ablatio, quaelibet retentio etiam per breve tempus esset peccatum mortale: et hoc est contra doctores, et manifeste est minus absurdum; ergo. Sequela maioris patet, quia alia rei ablatio a proprio malo ac

ac 1ª rei ablatio: et 2ª rei ablatio é peccatum mortale, q. 1ª rei ablatio est peccatum mortale. Probatur: retentio rei alienæ, quamvis iniusta, est peccatum mortale, quod illa est nova quælibet retentio rei alienæ est nova ablatio rei alienæ.

Resp.

Concessa maiori, negando minorem. Ad probationem nego sequelam maioris; quia licet quælibet retentio rei alienæ sit nova et diminuta eius ablatio, adhuc 1ª per se, et ut plurimum magis iniusta est quam ulla rei ablatio, quæ in retentione eiusdem perseverat semper. Et ratio: diminutio rei sit diminuta perdatio, magis autem placet 1ª perdatio, quia brevis diminutio. Et ratio est quia 1ª perdatio rei impeditur seu quia prima radicis bonum sequens diminuerit.

Unde si dubium reddat illegitimam possessionem quoad 1.^m sui esse, sive quoad inchoationem, non autem reddit illegitimam quoad continuationem, atque adeo in casu, de quo loquitur 2.^a dubium possessionis Divinae, licite possessio sine obligatione quidquam restituendi. Docet hanc extendi etiam, quando dubium subortum possessioni bonae fidei post primum debitam diligentiam est utrinque aequale, et etiam quando est taliter inaequale, ut magis propendeat, et inclinet possessor ad indicandum rem non esse suam. Adhuc enim in hoc eventu manet illi ius indubitabiliter ad totam rem, quam possidet absque obligatione restituendi aliquid. Ita P. Thomas Sanchez lib.^o 1.º summae cap. 10. et eius lib.^o 2.º de matrimonio disp. 41. cum aliis, quos sequitur Coninck disp. 34 de matrimonio docens in eo casu teneri possessorem ad restituendam partem rei possessae pro ratione illius maioris propensionis; nihilominus resolutio nostra est probabilis tradita loco citato summae. Favent etiam nostro doctori Vasquez, Salas, et Diana p.^te 2 tract. 3 resolutione 25, et p.^te 4 tract. 3 resolutione 26. Ratio doctoris est, quia nemini possessor nec rem, nec partem rei tenetur restituere, nisi sufficienter probetur rem esse alienam: nam in ea parte hoc est, quamdiu ambo non constat rem esse alienam melius est conditio possidentis; et hoc, quod magis inclinet ad indicandum rem non esse suam, non probat, aut constat rem esse alienam: ergo in eo eventu non tenetur possessor quidquam restituere. C. Quaeres an possessor post exortum dubium, et factam debitam diligentiam adhuc dubitans, an res sit aliena possit eam pro libito vendere, aut alienare?

Caput. 23

an possessor post exortum dubium, et factam debitam diligentiam adhuc dubitans, an res sit aliena possit eam pro libito vendere, aut alienare?

Quaestio vexata, quam defendit P. Thomas Sanchez lib.^o 2 de matrimonio, Vasquez, Salas, et Castro palao docet licitum esse cuivis possessori rem possessam, v.g. domum, aut praedium vende-

vendere, aut alio modo alienare. Et, quia eius magistr. possessor pot. rem
vendere ergo possit divendere, aut alio modo alienare. Imo si possessor
veniat, licet non ad res possessa [illegible] libito, ex alienando, vendendo,
aut aliud vile faciendo, inutile ipsi erat, et meniorem illam apud se habere.
Esse enim res a tali, ut ipso non vim diriment. Et quidem inutiliter domum
quis retinerent, si detracta servare debeat: ergo &c.

Addo ergo his auctoribus possessorem indubitum in aliquo retinere, si domus demarcat, et singulos rei. Sigo edomus, aut quodlibet admonendum esse de dubio venditionis, quo probabilis est per res ejus domus deparationem, et insuper res mores esse vendendam qualitate dubiis quae vitiare, et exposita periculo amissionis, si domus comparati. Sic tamen certum est moraliter domus non deparatione, non tenet emptorem nocere, neque minus rem vendere.

Sed oppones ex Caduba dicta regula: bona fide defendente. Qui non pot. prescribere non pot. alienare, ex dictis ex lege alienatio ff de verbor. significat. et possessor dubitans non pot. prescribere, ergo possessor dubitans non pot. alienare. Licet cum Decastillo negando majorem; quia in ea lege non dicitur eum, qui non pot. prescribere, non posse alienare, et deductam, eum, qui alienare non potest non posse prescribere. Quod quidem non adversatur nostrae doctrinae.

Secundo resp. cum Silvestro, Medina et aliis omnia negando distinguendo minorem: et possessor dubitans a principio, si veniat esse possessionem non pot. prescribere, concedo minorem: dubitans post bonam fidem, et debita diligentia adhibita, sive in discutiendo possessionis, non per praescribere, nego minorem, quia possessio dubitans est legitimus possessor agendo de prescribenda, et tempore legis demanato.

Oppones 6°, quia si possessor dubitans praescienter dubio rem alienat, exponit periculo distrahendi aliquid alienum: et nemini licet exponi periculo distrahendi aliquid alienum: ergo ejusmodi possessor non licet rem possessam divendere, aut

aut alienare. Resp. Dist. maj. distinguendo minorem: nemini licet exponi periculo distrahendi aliquid alienum cum periculo inferendi damnum, vel emptori, vel domino, concedo minorem: absque periculo inferendi damnum vel emptori, vel domino, nego minorem. Nihil enim est, cur persona, de qua loquimur, non liceat eam pariem vendere, aut alienare, modo a nobis assignato: nam eo observato, etsi in venditione, vel alienatione adsit periculum distrahendi aliquid alienum, nullum adest periculum inferendi damnum, vel emptori, vel domino.

Oppones 3°, quia si dubium de proprietate rei posset ea uti ut suo libere, coniux forte dubius de valore matrimonii posset stante dubio non solum reddere debitum, sed etiam petere: sed hoc est damnum eius, quod definitum est in casu domini de secundis nuptiis, et in casu inquisitionis de sententia excommunicationis: ergo dubium de proprietate rei non potest eam uti ut suo libere. Licet non pauci apud Supponendo sequelam majorem, quam vim ostendi, nam non obstante dubio non habet locum in aliis materiis extra iustitiam, in qua solum est possessio legitima habetur eius meriti.

Nota, quod in materia de Iustitia diximus, in materia aliarum virtutum esse etiam legitimam, et inmmo(?) possessor resultando legitima dubio dubio invincibili, sive perseverante post factum debitum examen, recentes distinguendo majorem: Quemcumque forte dubium de valore matrimonii a principio matrimonii, vel ante debitum examen posset petere, nego sequelam majoris: post bona fides, et examen debitum, concedo sequelam: nam ut inquit Thomas Sanchez in eiusmodi dubiis melior est conditio possidentis.

Ne dicas opp. definiunt iura allegata in aequo: nam in casu illo domini, ut docet Cardinalis de Lugo, agitur duntaxat de coniuge in dubio a principio ipsius matrimonii: in casu vero inquisitionis dicitur non prohiberi petere, nisi antequam sit adhibitum debitum examen de valore matri-

valore matrimonii, ut docet Thom. Sanchez, cum aliis disp. 41 de Matrimonio.

Ex huiusque dictis colliges resolutionem illius quaestiunculae, quam tractat Covarrubias ad regulam possessor p. 2. §. 1., an sit dari medium inter bonam, et malam fidem? dicendum est, dari medium independenter speculative; non tamen in ordine ad praxim. Nam dubitans speculative nec bonam, nec malam fidem habet, quia nec iudicat positive rem esse suam, nec alienam, sed graditur in medio; in ordine vero ad praxim habet vel bonam fidem, vel malam: bonam, si sermo sit de continuatione possessionis bona fide inchoatae, malam vero, si sermo sit de possessione noviter inchoanda. Disp. 4 de restitutione ratione damni in bonis fortunae, ac de Personis, quae tenentur restituere.

Disp. 14.a

De restitutione ratione damni in bonis fortunae, ac de Personis, quae tenentur restituere.

Explicatis omnibus in superioribus de restitutione ratione iniuste acceptionis, et damni iniuste illati, restat ut nunc in particulari de singulis damnis, quae iustitia, et ius violatur, et ex quo subit obligatio restituendi. Agemus ergo in hac disp. de obligatione restituendi ratione damni in bonis fortunae, et assignabimus Personas, quas incumbit onus restituendi eiusmodi damna. Et quia haec damna involvunt culpam, quando obligant ad restituendum, exponemus qualis ea debeat esse culpa, et inde resultet obligatio restitutionis. Questio 1.a qualis culpa requiratur in damnificatore ad obligationem restituendi. Caput 1.um an ad obligationem restituendi requiratur culpa iuridica seu theologica.

Quaestio 1.a

qualis culpa requiratur in damnificatore ad obligationem restituendi.

Caput 1.um

an ad obligationem restituendi requiratur culpa iuridica seu à Theologica?

Culpa abs.te (?) leg. d. dividat.r à iurist. quid sit culpa, et quotuplex

et à theologis; ut dividat.r à iurist. d.a iuridica, ut dividatur à theolis d.a theologica. Culpa theologica e peccatum, quod in ma de peccatis definitum, excessus liberum deforme etc., et quat ad Graecos institutum attinet e transgressio legis D. Dividit.r autem in mortalem et venialem. Mortalis e transgressio gravis legis D., et venialis e transgressio levis. Culpa iuridica e dolosa aliqua actio, vel omissio alicuius actionis, ex qua sequit.r aliquod incommodum aut damnum alteri. Divid.r à iurisperitis in latissimam, latiorem, latam, levem, et levissimam.

Culpa latissima e dolus apertus, latior e dolus praesumptus; Noe à doli significat.r quaevis calliditas, fallatia, et machinatio ad circumveniendum, fallendum, et decipiendum app.da Calliditas est silentio, fallatia mendatio, et machinatio autem ... Ita dolus lib. 2 ... de ... § dubitatio 6 ex glossa de dolo lib. 1.

Culpa lata e omissio eius diligentiae et circumspectionis, quae passim homines adhibere solent. Ut si quis librum commodatum relinquat foris ante hostium cubiculi. Idem dicitur facinorosus. Culpa levis e omissio eius diligentiae, et circumspectionis, quam solent adhibere homines diligentissimi, ac prudentissimi. Ut si quis ponat librum intra cubiculum, et non claudat hostium. Oppo enim faciunt homines diligentissimi, ac prudentissimi. Culpa levissima e omissio illius diligentiae, et circumspectionis, quam adhibere solent homines diligentissimi, ac prudentissimi. Ut si quis librum alterius ponat intra cubiculum, et claudat hostium, non t.m manibus tenet, an bene claudatur. Opp.o enim faciunt homines diligentissimi. Lege Navarrum cap. 17 n.o 1 et ... sequentibus, et Silvestrum verbo culpa.

Ex hac quaestione resultat culpa iuri-

iuridica excepta lata, latissima et latiori, non semper ac dat culpa iuridica interveniat aliquod peccatum, vel culpa theologica. Et de culpa levi et levissima. Nam qui in custodiendo libro alieno non adhibet eam diligentiam, quam solent adhibere homines vel diligentiores vel diligentissimi non peccat. Et tunc datur culpa iuridica levis, aut levissima; ergo non semper ac datur culpa iuridica levis, aut levissima intervenit aliquod peccatum, seu culpa theologica. Minor est certa non indigens probatione. Major probatur quia nemo tenetur in foro conscientiae, etiam sub veniali, neque perdat res alienas, adhibere maiorem diligentiam quam apponunt similes ceteri homines, et quam ipse adhibet pro rebus suis custodiendis; ergo etc.

De culpa lata probatur, etiam quando quis ob naturalem oblivionem relinquit foris extra cubiculum librum alienum, nullum facit peccatum, etiam si exinde sequatur ablatio libri, et tunc datur culpa lata iuridica; ergo non semper ac datur culpa iuridica lata datur peccatum aut culpa theologica. Major constat, quia oblivio naturalis facit, ne illa culpa sit peccatum. Minor est certa et communis.

Dubium [illegible]

Remissa difficultas est an culpa iuridica, quando nulla intervenit theologica gravis, aut levis, sufficiat ad obligandum in foro conscientiae ad restitutionem vel compensationem damni illati propria actione vel omissione. Sit nostra conclusio, nulla culpa iuridica seorsum a theologica, imo etiam distincta a theologica sufficit, ut in foro conscientiae quis teneatur restituere, aut compensare damnum illatum propria actione, aut omissione.

Probatur conclusio, quia ubi nullum est peccatum seu culpa theologica, nulla est inaequalitas: et ubi nulla est inaequalitas, nulla est obligatio in foro conscientiae restituendi, aut compensandi damnum illatum; ergo ubi nullum est peccatum aut culpa theologica, nulla est obligatio restituendi in foro conscientiae; ergo nulla culpa iuridica seorsum a theologica sufficit, ut in foro conscientiae detur obligatio restituendi. Minor probatur, quia restitutio tendit ad tollendam inaequalitatem propter quam, ubi non est inaequali-

litas, ñ per cõ obligaõ restitutionis. Cõa è legitima. Maior patet; q̃a ubi nullũ è peccatũ, aut culpa theologica, nulla è iniuria: et ubi nulla è iniuria, nulla è inequalitas; ergo ubi nullũ è peccatũ, seu culpa theologica, nulla è inequalitas. Minor patet; q̃a ubi nulla è iniuria, nulla è iniustitia: et ubi nulla è iniustitia nulla è inequalitas; ergo ubi nulla è iniuria, nulla è inequalitas.

Confirmatur, q̃a ubi nulla è culpa in omissione, aut actione, ñ resultat obligaõ restituendi ratione iniustæ acceptionis, seu laesionis; q̃ nullatenus datur peccatum. Praeterea nec datur obligaõ ratione rei acceptæ, q̃a ex supposito nihil habet alienum; ergo ubi nulla è culpa in omissione, aut actione, ñ datur titulus, ex quo resultet obligaõ restituendi.

Confirmatur hoc tertio, ex quo ista lex ex lege Aquilia, quæ ait, qui culpabiliter, solum etiam culpa iuridica intulit alteri damnum in rebus externis, obligat ñ solum in foro externo, sed etiam in interno Conscientiæ ad restituendum, siue resarciendum damnum illatum, et aliquando ad plus aliquid retribuendum, quæ quidem lex facta fuit à Romanis postulante Aquilio plebis tribuno, et de ea è tota his titulus ff ad legem Aquiliam; ergo etiam si ñ interueniat peccatum, seu culpa theologica, datur titulus ad obligaõ restitutionis. Quod autem ea lex obliget in foro Conscientiæ patet q̃a ea lex è iusta, et rationalis utpote mandat conducens ad bonum Communitatis, hoc est, ut quisque prouideat, ne sua actione det lesionem, damnum. Patet: ea lex, quæ è iusta, et rationalis obligat ñ solum in foro externo, sed etiam in interno Conscientiæ; ergo ea lex obligat in foro Conscientiæ. Maior supponitur ab omnibus. Minor probatur; q̃a legislator humanus habet potestatem à Deo in ordine ad leges iustas, quæ obligent in foro Conscientiæ; ergo lex, quæ è iusta, obligat ñ solum in foro externo, sed etiam in interno Conscientiæ.

Respondetur, eum, qui absque culpa theologica intulit alteri damnum

damnum ista culpa iuridica levi, l etiam lata non obligari quod lege Aquilia ad compensandum damnum ante iudicis sententiam solum post sententiam iudicis, et tunc duntaxat in foro externo; non vero in foro interno conscientiae, itanet P. Molina disp. 698, cui inter alios adhaeret Cardinalis de Lugo. Videndum ergo: Ad haec vero ex eo duplici capite, nempe, quod lex sit iusta, et quod legislator humanus habeat potestatem in ordine ad leges obligantes in foro conscientiae, et tenetur leges poenae obligare in conscientia, si legislator vellit; non vero quod de facto obliget, probatur tum ex adverso inter rationes plures, quas affert P. Molina.

Prima est, quia si lex Aquilia obligaret in foro conscientiae, eius obligatio transiret ad heredes quo damnum inferens sua actione, l omissione, iniusta illud non compensaret: at eius obligatio non transit ad heredes: ergo ea lex non obligat in foro conscientiae. Maior patet, quia heredes defuncti tenentur ad compensationem, l restitutionem debitorum, quae a defuncto vere contracta fuerunt: quod si ea lex obligaret in foro conscientiae, eius obligatio transiret ad heredes. Minor est, quia lex non habuit actionem contra heredes; ergo obligatio compensationis eius damni non transit ad heredes.

Secunda est, quia lex Aquilia non obligat, nisi eo modo, quo in consuetudine eius hoc est recepta: at non ita est recepta, ut existimetur obligare in foro conscientiae; ergo non obligat in foro conscientiae. Maior non est dubia. Minor exinde patet, quia nemo solet compensare damnum a se datum culpa sua iuridica, nisi post sententiam iudicis, et quod ab eodem est compulsus; ergo etc.

Tertia ex natura principii in materia de conscientia, quod quando est dubium de lege, l de intentione, et voluntate legislatoris, an ille voluerit obligare graviter, et in conscientia, standum est pro libertate a tali lege, et obligatione. quia imo ante dubium procedit possessio libertatis a tali lege, et obligatione, et in dubio meli-

ductio melior est dicto pcedentis; et intentio et voluntas legislatoris de obligando in 2cia ad 2pensandum damnum a se datum e in dubio; 2o reipsa an obligat ea lex in 2cia.

Arguit solet 2o ex cap. ultimo de iniuriis, ubi Greg. VIIII ait a restitutione, l 2pensatione damni n excusari eum, cuius impeitia, l negligentia damnum e datum, et solum eum, qui ut n occideret de diligentibus nihil omisit. 2o ex mente Pontificis is, cuius impeitia, aut negligentia damnum alteri datum e in bonis externis, honore, aut vita, tenetur in 2cia restituere, l 2pensare damnum datum. Maior ulterius probatur argum: et impeitia aut negligentia e culpa duntaxat iuridica; 2o ex culpa duntaxat iuridica nascitur obligatio restituendi. Ansa: q a impeitia aut negligentia e omissio diligentiae, quae 2 alte solet adhiberi: et eiusmodi omissio e culpa duntaxat iuridica; 2o etc.

Reespondeo cum P. Vasq. et P. Lessio lib. 2o cap.) dubitatione 6 ex mente Pontificis, et sola illa teneri oriri obligationem restituendi ex impeitia et negligentia, atque adeo ex culpa iuridica; et ex culpa iuridica involuenti peccatum: nam impeitia et negligentia intelligitur ibi culpa lata, seu omissio diligentiae ex debitis et diligentibus, quae sane omissio peccatum dicit peccatum grave, aut leve. Constat ex iis, quae subdit Pontifex, nec ignorantia te excusat, si scire debuisti ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse 2tingere.

Hic notandum in foro externo tam Ecclesiastico, quam ciuili aliquando puniri culpam leuissimam: ita tamen fit partim ob presumptionem fraudis, quae potius locum habet in 2missione, sive in culpa in 2mittendo posita, partim ne det locum negligentiae, l fraudi. Sed hoc nil infert 2a nos, qui loquimur sumus de foro 2scientiae, ubi n datur locus 2umptioni. Casu 2 an ad obligandum restitutionem sufficiat culpa

An ad obligationem restitutionis sufficiat culpa theologica venialis?

IIII In hac difficultate duplex est Doctorum sententia, altera affirmat sufficere culpam theologicam venialem ad obligationem restitutionis inducendam. Stant pro hac sententia P. Vasquez, P. Molina, P. Dicastillo, et cum his plures, ex quibus alii dicunt, eum, qui culpa levi intulit damnum contra iustitiam bonis, obligari ad restituendum pro damni quantitate [illegible] sit damni et culpae [illegible], ad totum damnum compensandum; alii vero docent absolute obligari ad totum damnum compensandum. Ita P. Vasquez, et P. Gaspar Hurtado. Altera sententia negat sufficere peccatum leve ad obligationem restituendi in foro conscientiae, et necessariam esse culpam theologicam gravem, ut quis teneatur ad restitutionem ex omissione, aut actione sua, ex qua sequitur damnum alterius. Ita P. Lessius lib. 2 cap. [illegible] dubitatione 6, Henriquez, Soto, et alii, quos refert Cardinalis de Lugo tomo 1 de iustitia disp. 8 sectione 4, et Diana p. [illegible] tractatu 8 resolutione 14, et p. 3 tract. 6 resolutione 21.

Sit Conclusio: Dico, non sufficit culpa levis theologica, seu peccatum veniale, sed necessario requiritur culpa theologica gravis, sive peccatum mortale, ut quis ex sua actione, vel omissione, ex qua sequitur damnum alterius, teneatur ad restitutionem saltem sub gravi obligatione. Favent huic conclusioni Cardinalis de Lugo, Diana, et alii pro 2a sententia allati. Probatur 2 dico, quia peccatum veniale, ex quo sequitur damnum alterius, et tale est ratione parvitatis materiae, vel defectu libertatis deliberationis, aut ex intentione [illegible] ex necessitate peccati venialis oritur obligatio restituendi, saltem gravis, [illegible] sub mortali, ergo ad obligationem restitutionis inducendam non sufficit culpa theologica levis, et necessario requiritur gravis, saltem ut obligatio sit gravis, et sub mortali.

Min, ad quę devolvitur tota difficultas, patet ex ...imi, quo damnum datum è leue, oes fatentur non oriri obligationem restituendi grauem, et sub mortali solvendam, quando damnum è graue, et peccatum leue ob defectum libertatis, dicitur non posse oriri obligationem restituendi grauem, et sub peccato mortali, quia tunc iniuria illata et iniustitia è grauis: et quando iniuria, et iniustitia non è grauis, non è obligatio grauis restituendi; et quando peccatum è leue ob defectum libertatis, deliberationis, aut advertentię non sufficit ad hoc, ut is, qui damnum intulit, teneatur ad damnum compensandum saltem grauiter, et sub mortali. Maior constat, quia nullum peccatum veniale potest esse iniuria, et iniustitia grauis. Minor, quia obligatio restituendi, et compensandi seqquitur iniuriam, et iniustitiam, eique commensuratur, ergo quando iniuria, et iniustitia non è grauis, non è obligatio grauis restituendi.

Ipse explicatur obligatio ad compensandum damnum è proprietas quę consequitur ad iniuriam et iniustitiam tanquam ad euentum, in quo radicatur et inadvertentia, deliberatio, et defectus libertatis in damno inferendo facit, ne iniuria, et iniustitia sit grauis; ergo inadvertentia, et defectus libertatis, ac deliberationis facit, ne obligatio restituendi damnum illatum sit grauis. Patet ex ea, quia nequit obligatio restituendi esse maior in suo ordine, quam è iniuria, et iniustitia, ex qua nascitur, in suo.

Sed quęres, an saltem tunc oriatur obligatio restituendi leuis, siue sub culpa veniali? duplex è inquisitio. ... affirmat. Fundamentum, quia sicut quando nulla è culpa, nulla è obligatio, et quando è culpa grauis è grauis obligatio, ita quando è culpa leuis è leuis obligatio ... quia quando aliqui ... plena advertentia aufertur, aliquid leue ... obligatio sub veniali restituendi ..., quod ablatum è; ergo quando quis infert alteri ... aliquali inadvertentia damnum graue, tenetur sub veniali ad recompensandum

damny à se datq.

11. Vánepat ex damno illato sub culpa veniali ...oni obligaoᵉ restituendi sub peccato veniali. Raõ ē, q; in ordine ad reparandq damny grave, l debet ea obligaō sub mortali, l nulla potest eē. Neq obligaō in mā gravi n̄ pt eē nisi sub peccato gravi, q; pendet ex mē gravitate, et pcepto nalli, l positivo ē P. Et Oquide pt optime dixit P. Lessiy incredibile ē aliquq obligari in Dscias ad restituq decem millia aureorq, et tn n̄ obligari, nisi sub peccato veniali; nec posse hoc peccato liberari, nisi pponat damny reparatury.

Obiic, q; cum sola culpa theologica levi intervenit in damno gravi inferendo, Vta qdo ex quadq inadvertentia, et inconsideratione provenit, censet quasi fortuito Dtingere; at ex damno fortuito Dtingt, nulla resultat obligaō gravis, nec levis reparandi damny illatq; ē ex culpa theologica veniali in damno inferendo nulla orit obligaō reparandi damny. Maior pz q; difficillimq ē in rebus periculosis n̄ admittere aliquq negligentiq; et ex hac raāsime provenunt mala gravia pro in suis bonis, unde merito quasi fortuito obvenire censeri debent p. Et.

AD fundq 1. se resp., nunquq posse resultare obligaoē restituendi sub peccato levi, qdo damny datq pro ē grave, q; vt probq ē, tunc nario orit obligaō gravis restituendi, l nulla. Neq obstat paritas ex pcto levi adducta. q; plena deliberaō, quæ intervenit in pcto levi, et n̄ plena deliberatio, quæ intervenit in damno gravi sine culpa gravi illato ē sufficiens discrimq, vt in pcto illo levi oriat obligaō restituendi sub veniali, n̄ l. in damno gravi sic inadvertentq dato. Siqdo aliquis cum plena advertentia emittit votq de re parva, oritur obligaō levis observandi votq, et qdo n̄ ex plena advertentia et deliberaōe emittit votq de re magna, nulla Dsurgit obligaō nec levis, nec gravis adimplendi votq. Et Maior hoc iavi-

hec iã pidet probalis, et adhereo 2º Cap 3 argua Deluog. Traditrag Vbi exqua culpa teneat quis ad restitut. damni in officio, et intra traditg sequitur

Cap 3.3

argumenta Deluoz Traditg. Vbi exqua culpa teneat quis ad restitut. damni in officio, et intra Traditg sequitur

Arguet 1º Deluog cap ante Traditg. Qui het officiy publicy, pro quo diligenter exercendo stipendy accipit a republica, l Principe, ut iudex &c, si det alteri damny gravi culpa levi, tenet ad restitut. sub oblig.e gravi, et peccato mortali; q ad obligaoz restituez sub culpa gravi n requirere quis culpa theologica gravis et peccaty mortallem. Exquiy tamque difficultate. Diversiq apud autores, nempe quando ex culpa teneat ad restitut. qui exercet officiy publicy.

Duplex e Sochen. 1º affirmat teneri ex culpa levi, de qua tendit q a Diana q Marafteut plenam in rasy, et asequit ex Doz my theologz. 2º negat teneri ex culpa levi. Ita Cardinalis de Lugo, q reaffirmat Pz Vasq, Schy, et alii, et nostri est ee Doz inter theologos.

Hec 2a placet. q exercens officiy publicy, ut iudex n pt obligari sub peccato mortali ad reparanay damny sua culpa in officio daty, nisi ratione officii obliget graviter ad vitandag tales culpas; et iudex ratione sui officii n obligat graviter ad evitanda culpas leve; q exercens officiy publicy n tenet ex culpa levi ad reparandy damny ex sua actione, l omissione alteri daty. Maior nad dubiae. Pmior: q iudex raoe sui officii solu obligat ad diligentia, quas prudentes iudices ordinarie adhibent; n ad exiquis prudentiores iudices apponunt. q Ha. ary

Et q officii est ony gravissimy quale restitutioz inde consequent, nec in ...

necab eâ postulat respub: 3º ff^a

Oppe. explicat^r an: q^d respub n videt, exigere à iudicibus, et aliis officialibus maiorem diligentiam, quam exigit dom^s a suis famulis; et ideo ratio officii solum obligant ad prudentem diligentiam adhibendam; non ad prudentissimam; q^a iudices ratione sui officii solum obligant^r ad diligentiam, quam iudices prudentes communiter adhibent. Hic ad argum^m a contrario neg^o ant.

Tum omnino anti; necessario q^a culpa, quae esset levis, potest aliquando esse gravis, et mortalis. Unde in exercendo officium publicum potest esse gravis culpa, quae alias, extra, esset levis: Ex hoc non sequitur c^a n^m dicto, et ad summum ff. quod culpa, quae in aliis esset levis, in iudici, et exercenti officium publicum possit esse gravis: quo admisso, non deducitur iudicem teneri ex culpa levi in suo officio commissa ad reparandum damnum alteri illatum, et iudicem peccare graviter, seu esse culpam gravem in iudice, quae in se, et in aliis esset levis, et ideo ex culpa in se levi, gravi tamen in iudice, fuit teneri ad restitutionem, quod non opponitur meae conclusioni.

Arguitur 2º supposito contractu, satis clarum, quod sit in proximo damnum, tenet^r iste ex culpa levi, imo et levissima ad restituendum damnum datum: et culpa levis et levissima non est peccatum mortale: ergo ad inducendam obligationem restituendi non requiritur peccatum mortale, et sufficit peccatum veniale. Hoc argum^m tangit quaestionem apud authores celebrem, in qua controvertunt, qualis culpa sit necessaria, ut quis ex contractu teneatur ad reparandum, seu restituendum damnum a se datum?

Prima et Dotta ra distinguit inter contractum factum aequaliter in gratia utriusque contrahentis, qualis est contractus permutationis, +, olim mini + et conductionis, et inter contractum factum in gratia solius unius contrahentis

Solius unius Commodantis, qualis est Mutuum Commodati. Deinde in Mutuo facto, et cedente in gratiam utriusque Commodantis, neutrum teneri ad restitutionem, nisi de culpa lata. In Mutuo vero facto in gratiam unius tantum, hunc teneri in conscientia non solum de culpa lata, sed etiam de levi, et levissima. Ita Silvester, Angelus, et alii, quos sequitur P. Turrianus disp. 14, Vasquez in opusc. cap. 2 et Molina tomo 2 disp. 295.

Secunda nulla premissa distinctione, absolute docet neminem obligari in Mutuo, seu Commodato in conscientia ad restitutionem, nisi de dolo, et culpa lata. Ita Soto tomo quarto 5. Sa verbo Commodatum, Tancredus de irregularitate. Atque sententia reputatur probabilis a P. Lessio, cui accedit Cardinalis de Lugo.

Dico 2o quod Commodatarius, in cuius solius gratiam fit Commodatum, nec ex lege, nec ex dispositione legis, nec ex expressa intentione obligatur in conscientia Mutuo ad majorem diligentiam adhibendam, ne pereat res sibi Commodata, quam est illa, quam solent adhibere omnes imprudentes; quare solum tenetur ad restitutionem de culpa lata, non vero de levi, et levissima; ac proinde si culpa sua levi pereat Commodatum, liber erit ab onere restituendi. Quod is in cuius gratiam celebratur Mutuum, non tenetur de culpa levi, et levissima ad restitutionem, sed solum de culpa lata.

Atque quoad 1am partem probatur: quod ex contractu non magis obligatur Commodatarius in Mutuo, quam oeconomus ratione sui officii: at iste ratione sui officii solum tenetur ad prudentem diligentiam adhibendam, ne pereat quod sibi creditum est a Domino; ergo. Atque quoad 2am partem etiam probatur, quod leges, quas in contrarium adducunt adversarii, quaeque P. Molina, qui concedit atque quoad 1am partem, et negat quoad hanc 2am, non obligant in conscientia, ut probat Cardinalis de Lugo disp. 8. Quoad 3am denique partem probatur: quod ut docet experientia, qui habet aliquid sibi Commodatum, nunquam intendit, aut indicat se obligare ad illud custodiendum ad exactissimam suam diligentiam, nec ad exactiorem,

et duntaxat ad exactas, quae adhiberi solet in utili a prudentibus;

§ 81.

Confirmo ad minorem, tenetur per 1° nego maiorem. 2° omissa materia, neque minorem. Quod ut superius argue dicebamus, culpa levis, licet soleat esse venialis, non semper est venialis, et aliquando est gravis, et mortalis. Sic quemadmodum culpa, quae in particularibus est levis, in Episcopos aut religiosos ratione status solet esse gravis, ita in contractibus culpa, quae in uno est levis, et venialis, in altero solet esse gravis, et mortalis, propter specialem titulum, quem unus prae alio habet. Sic culpa, quae est venialis in depositario, est gravis in commodatario. Quia hic tenetur ad strictiorem diligentiam adhibendam propter specialem titulum, quem habet, ex quo contractus factus sit in eius commodum gratia; quem titulum non habet depositarius.

Unde nunquam infertur, inducere obligationem restituendi ex culpa levi in contractu commissa, et culpam in aliis levem esse in contractu hoc gravem propter specialem titulum, quem habet ad exactiorem diligentiam adhibendam, et ex culpa gravi nasci cuiusmodi obligationem.

Arguitur 3°, quando plures concurrunt simul ad furtum grave, v.g. ad furtum faciendum circa innotabili quantitate, singuli quidem accipientes quantitatem levem, sed simul quantitatem gravem, et notabilem, si id cognoscant, tenentur singuli sub mortali ad restituendum partem sibi correspondentem, et tamen nullus committit peccatum mortale, et singuli committunt solum veniale; ergo peccatum veniale sufficit ad obligationem restituendi sub peccato mortali. Resp. distinguo maiorem, tenentur singuli etc., si concurrant ita, ut cooperentur, concedo maiorem; si concurrant ita, ut non cooperentur, negatur; nego maiorem.

Circa singulos, qui concurrunt ad furtum grave possunt dupliciter concurrere: vel ita concurrunt, et ea magna furanti, ut cooperentur, aliis aliquo

mo, ne consilio, nutu, exemplo, &c., et tunc peccant mortaliter
quia si causa moralis huius damni gravis totalitate effectus sequuti, et
ex hoc peccato mortali oritur in singulis obligatio restituendi
pro damno unicuique correspondentis, si ceteri restituant, et totius
damni, si ceteri non restituant. Tertio devenerunt, et notabiliter
furantur ut nullo modo singuli cooperentur, ceterisque eo quod alii non
sint causa damni alicuius, et tunc soli peccant venialiter sine quod
4m obligati sub mortali ad restituendum; quia tunc nullus est causa moralis to-
tius damni gravis, ut fuse longeque resolvit Cardinalis de Lugo disp.
16 sect. 3a.

Arguens 4o, qui per furta minuta, et levia aufert alte-
ri quantitatem gravem tenetur sub mortali ad restitutionem totius quantitatis
successive ablatae: et tunc si intervenit peccatum mortale, nec in furto ul-
timo minuto, quia hoc fieri potest sine advertentia ad quantitatem antea
furto ablatam; ergo sufficit culpa venialis ut ratione damni illati teneatur
quis ad restitutionem faciendam sub peccato gravi.

Placet, de eius maiori,
et minori, nego conseq. quia tunc obligatio restituendi oritur 1mo ex
gravi iniustitia, in quo sensu loquimur, et ex contractu quodam vir-
tuali inter fures et dominum. Hic a contractu ex eo colligitur, quod sicut
furans cum advertentia factus aufert aliquid alicui, fur sibi imponit
onus restituendi quantum valere cognoscebat quod subripuit, et ex
alia parte dominus rei qui patitur damnum, censetur acceptare interpre-
tative eam obligationem. Quod quidem sufficit ad contractum quendam vir-
tualem, nec aliud est necessarium. Qui ergo per furta minuta, et levia au-
fert quantitatem gravem, singulis minutis furtis obligationem levem sibi
imponit restituendi dictam; in ultimo vero furto imponit sibi obligationem gra-
vem; quia haec ultima obligatio licet tamen in se esset levis, ut tamen supponens
antea est gravis, sicut furtum ultimum ut antea supponens est materia
gravis. Caetera ex dictis plures casus resolvuntur.

Ex dictis plures casus resolvuntur.

Ex doct.ª premissa, et dicendis stabilitis infertur resolutio plurium casuum moralium, quorum aliquos proponemus. 1.us sit. Siquis in loco deserto et minime periculoso emitat sagittam adhibita quidem debita diligentia, etsi casu vulneret, occidat, aut aliud damnum inferat, n'tenetur aliquid restituere, eo quod omiserit diligentiam, quae insuper adhiberi solet a prudentioribus, l prudentissimis. Secundo, quod per omissionem illius diligentiae maioris, aut max. solum committit culpam levem, aut levissimam iuridicam, n' vero aliquam theologicam aliquod peccatum mortale, aut veniale: et quando nullum intervenit peccatum mortale, aut veniale, nulla nascitur obligatio restituendi in foro divino. Ergo in presenti casu nulla est obligatio restituendi in divino. Maior patet, quia secluso ratione obligatione ex officio, et ex iniunctione removendi et subveniendi ne damnum alteri inferat, nisi ad diligentiam prudentum homines, quae ab aliis solet adhiberi insuper. Ergo etc.

Haec ratio extendit ad casum, quo in periculo loco ob naturalem oblivionem omitteret quis etiam diligentiam hominis, et committeret culpam latam iuridicam emitendo sagittam, quae vulneraret, occideret, et etiam teneretur eum n' teneret in divino ad reparandum damnum ex emissione sagittae sequutum ratio est, quia beneficio naturalis oblivionis excusatur ab omni peccato mortali et veniali, ergo excusatur ab onere restitutionis. 2.us casus. Dominus heri servus, qui agnoscit illaturum extra domum damnum grave proximo, si ob naturalem inadvertentiam domini custodiat, quia periculi n' meminit, et si committat culpam latam iuridicam n' tenetur in divino ad restitutionem damni illati a servo; quia supposita inadvertentia n' committit peccatum veniale, nec mortale in culpa illa lata iuridica. Nec obstat, quod servus immediate obligetur in divino ad

ad damnū illud reparandū. Quia, ut docet P. Molina post-
onis hec obligatio ex delicto nō iudicat, primo anterior reali, qua
servus è totis dominio, et iste fuit in ... ex ... illius. Dixi
in iustitia, quia in foro externo, et per sententiam iudicis obligat ad
reparandum damnum factum à servo.

Sextus casus. Si fur ingre-
diatur domum alterius ad furandum, vel quovis alio ad aliud dam-
num inferendum, et ob nalem inadvertentiam ponat lucernam in
loco periculoso, ex cuius positione sequatur incendium totius domus
à damnificatore nō intentum, nec prævisum, et si committat culpam leui-
dicit latam, nō tenetur in iustitia ad eiusmodi damnum incendii repa-
randum, sed ad aliud, quod intulit, et ad quod inferendum domum in-
travit. Ratio est, quia incurrendo incendio nullum commisit peccatum.
in alio vero damno peccavit.

Et probatur à paritate alterius
casus, quem admittit P. Diego Villo ... Navarra, et alii, quos
ipse adducit. Nam fur, qui incendit lignum aliquod domi, ad habi-
tationem praevium ab ipso diligentia, ne sequatur incendium, nō obligatur
in iustitia ad damnum sequutum reparandum. quia tunc incendium contin-
git quasi naliter sine peccato furis. Ex quo sic argumentor. Ideo
in tali casu fur obligatur in iustitia ad damnum sequutum reparan-
dum, quia incendium fuit subsequutum eventu quasi materialiter sine pecca-
to furis: sed in nostro casu etiam evenit incendium sine peccato furis, seu
damnificantis; ergo fur, seu damnificator nō tenetur in iustitia ad dam-
num incendii reparandum.

Quartus casus ex altera duobus casibus stabili-
ta. Is, qui damnum intulit magnum, seu grave in bonis fortunae,
in vita, infamia, vel ... etiam si interveniat peccatum veniale, nō tene-
tur ad reparandum damnum illatum sub poena peccati mortalis; quia
nemo obligatur in iustitia, ~~...~~ sub peccato gravi ad resti-

tuendy raō damni illati; n intervenerit peccaty lethale. S[illegible],
is, qui semiebrius, l semidormiens, l raptus motu 1o 1o iracundiæ
forte vulneravit, l mutilavit, l occidit alterum, n tenet in foro iudicii ad
restituendy aliquid. Raō e, qd duntaxat commisit peccatū leve,
et veniale in eiusmodi eventibus; g n tenet, in iudicio ad restituendy.
[illegible] q carvit plena deliberatione, et effecto [illegible] raōi
necessaria ad peccaty mortale; g duntaxat peccavit leviter, sive venialiter.

Sextus casus. Proiecisti in mare, l flumen
gemmā valentē decē existimans invincibiliter valere tm duos
denarios; sub veniali restituere duos, [illegible] nec sub veniali, nec sub
mortali obligaris ad restituendy decē. [illegible], q [illegible] suppositio hoc errore
invincibili solū intulisti damnum duo; n vo ut decē, et consequenter solū peccasti peccato veniali; g n teneris restituere decē. [illegible]
[illegible] n potuisti inferre damnū, quod â te penitus, et invinci-
biliter fuit ignoratū: [illegible] damnū [illegible] ad valorē decē â te [illegible], et
invincibiliter fuit ignoratū; g [illegible] suppositio hoc errore invincibili n intuli-
sti damnū [illegible] decē.

Dices: proiector iudicans invincibiliter gemmā
pretiosissimā valentē mille, n valere nisi decē, tenet ad restituen-
dū mille; g qui proiicit gemmā valentē decē existimans invin-
cibiliter valere tm duo, tenet etiā ad restituendū decē. Resp. Car-
dinalis de Lugo [illegible] anti, negando cōq. Raō discriminis tradit,
qr cū damnū vo decē sit grave et notabile, n intervenit in-
iuria gravis, et peccaty mortale in casu anti; in nro vo casu con-
tra, cū n interveniat iniuria gravis; qd damnū vo duoē
leve, et n grave, nec notabile, n intervenit peccaty mortale.
Et ideo in hoc casu n resultat obligaō restituendi decē; in illo
vo resultat obligaō restituendi mille.

Itaq ait Cardinalis

Cardin. de Lugo, vbi infert, damnum quod iniuria graui aut peccatum mortale, non solum esse restituendum ab iniusto damnificatore damnum ab ipso praeuisum, sed etiam damnum non praeuisum, quod peccans mortaliter in damno aliquo inferendo eo ipso obligatur, veluti in poenam sui peccati ad reparandum omne damnum inde sequutum, quodcumque illud sit. Quod probatur ex doct.a Thomae Sanchez lib. 4o Opusculorum moralium cap. 1 dubio 3, vbi quando occidens hoc diuortiatum, et inde damnum inferens uxori in alimentis tenetur hoc damnum reparare, seu conferre alimenta uxori, quae a diuortiato conferenda erant etiam si ante faciendum homicidium non praeuiderit, vel ignorauerit dictum uxoris damnum.

Sed displicet solutio haec et doct.a Solutio, quia discrimen tradidimus est omnino malum; ex eo enim quod in uno casu interueniat iniuria grauis, et peccatum mortale, et non in altero, solum fit, vt proiector gemmae in eam potestatem teneatur restituere gemmam vt decem valentem illatam; non vero vt teneatur reparare, seu restituere damnum vt mille. Nam non obstante iniuria graui et peccato mortali fuit ignoratum inuincibiliter damnum vt mille; ex eo ipso nequit obligari ad restituendum damnum vt mille; quia licet interuenerit iniuria grauis et peccatum mortale non tenetur restituere damnum vt mille. Maior constat: minor probatur, quia ex nulla obligatione est compensandum damnum a damnificatore, quod nulla ratione imputabile est moraliter ac per consequens vt aliquo modo voluntarium: et supposito, quod damnificatori omnino fuerit ignotum damnum, nulla ratione est ipsi imputabile, nulloque modo voluntarium: ergo eo ipso quod fuerit ignotum inuincibiliter damnum vt mille, nequit obligari ad eius restituendum. Maior constat. Minor probatur, quia vt docet Doct. et [illegible], nihil potest esse voluntarium, quin sit aliqua ratione praecognitum, aut praeuisum: ergo etc.

Displicet etiam doct.a, nam obligatio restituendi

peccati

damni subsequuti, hoc est poena mortalis, seu damnificantis peccati mortale, in quantum damnum ipsum est effectus moraliter damnificatoris, seu peccantis mortaliter: ita damnum mille non est effectus moralis illius proiectoris damnificantis, sive peccantis mortaliter; ergo obligatio restituendi mille non est poena eiusmodi damnificatoris, sive damnum inferentis cum peccato mortale. Minor, quia damnum ut mille fuit invincibiliter ignoratum, et nulla ratio effectus damnificatoris peccantis mortaliter: et damnum invincibiliter ignoratum, et nulla ratione effectus non est effectus moralis peccantis mortaliter, ergo etc. Maior constat ex suppositione casus. Minor patet ex dictis, et ita est legitima.

Nec huic doctrinae opponitur doctrina tradita a P. Sanchez. Quod quando homo coniugatus occidit ab aliquo deliberate, et cum peccato mortali, damnum uxoris non ignorat, seu ignorantia prorsus invincibili, saltem regulariter loquendo. Quia licet de facto ignoraret eiusmodi damnum eo quod in exaequatione ipsa homicidii non cogitaverit de statu hominis; regulariter tamen loquendo semper habere solet occisor simul cum sua ignorantia aliquam de statu hominis, quae apprehensio saltem implicita, aut virtualis, nempe dubii moralis, vel suspicionis, vel advertentiae eius ad periculum, cui se exponit. Quod quidem sufficit, ut occisor sit causa moralis damni illati uxori ex homicidio, et ut obligetur ad damnum restituendum, seu reparandum.

Sicut nulla nec virtualis habeat cogitationem, ideoque cum ignorantia prorsus invincibili occidat, nulla apparet ratio, cur obligetur ad praestanda alimenta uxori. Nam supposita ea ignorantia prorsus invincibili occidet, id ipsum dicendum in casu homicidii, quod dictum est in casu praedicti

projectionis gemmae in mare. Hoc ergo qui forte occidit hom.
coniugatum invincibiliter indicans non esse coniugatum, et solum non ten-
detur obligandum ratione suae iniustae actionis ad restituenda ali-
menta uxori hominis occisi.

Sed instabis ex Cardinali de Lugo: occisor eo ipso, quod deliberate occidat hom. causat morali-
ter, seu imputative mortem hominis coniugati, non solum materialiter
et physicaliter et coniugati; et licet nullam cognitionem virtualem habeat
status hominis quem occidit, et ignorantia invincibili ignoret hom.
esse coniugatum, obligandum est ad restitutionem faciendam uxori defunc-
ti alimentorum [illegible] qui non obstante ea invincibili ignorantia eo ip-
so occidit hom. coniugatum et insuper iniuste se exponit pe-
riculo interficiendi hom. coniugatum, et hoc saltem est, et occiso coniu-
gati et talis illi simpliciter imputatur, quod qui occidit delibe-
rate hom. causat moraliter, seu imputative mortem hominis coniu-
gati pariter ut coniugati si ignoratur ita.

Respondendo ass. Adju-
batur distinguo maiorem quoad [illegible] et insuper se exponit periculo
interficiendi hom. coniugatum absque ulla prorsus cognitione talis pericu-
li, concedo maiorem; cum aliqua cognitione talis periculi, nego maiorem.
Nego etiam minorem. Nam quod aliquis sine ulla cognitione sui peri-
culi se exponat periculo alicuius mali, etiam peccati
mortalis, et ipso graviter iniusti, non saltem est, ut ipsi absolute im-
putetur malum sequutum. Quod inde patet in eo, qui forte percutit
clericum, vel religiosum absque periculi cognitione, quia putat non esse
clericum nec religiosum, et ignorans ibi incurrit, non imputatur
ad culpam percussio clerici, vel religiosi. Et ideo absolvitur ab
excommunicatione [illegible] lata [illegible] percussores clericorum.
P. Laiman [illegible] quae quantitas rei oblatae sufficiat, et re-
quiratur ad obligationem restituendi sub mortali? [illegible]

Doctores de aliquibus supp. quaestio 2.a
Quae quantitas rei ablatae sufficiat, et requiratur ad obligationem restituendi sub mortali? Cap. 1.

Referuntur Doctorum sententiae aliquibus supp.

Suppono 1.o furtum ut doctrina definitur, esse occultam rei alienae acceptionem invito domino rationabiliter. Dicitur furtum alienae rei acceptio, quia acceptio rei praecise accommodatae non est in ratione furti, licet aliqualiter dici possit furtum, nempe ut est ablatio rei quatenus commodatae, quae hunc causat usum eiusmodi rei, qui pertinet ad commodatarium. Dicitur deinde occulta, hoc est domino nesciente, seu ignorante, in quo furtum differt a rapina, quae fit domino sciente, et violentiam patiente. Praeterea dicitur invito domino, quia si domino non displiceat saltem implicite, non erit furtum. Additur denique rationabiliter, quia si displiceat domino absque ratione, non censetur furtum. Et ideo qui in extrema necessitate constitutus accipit rem alienam, non facit furtum, quamvis ea acceptio displiceat domino, quia irrationabiliter displicet.

Suppono 2.o furtum esse peccatum mortale, quia laedit proximum in bonis fortunae contra iustitiam, hoc est peccatum ex suo genere mortale, licet materia est minima. Quia solent homines ob maiorem damno illis inferendo, quam bona fortunae in minori aestimatione, quam bona corporis, famae, et honoris.

Suppono 3.o rapinam esse acceptionem rei alienae per vim domino irrationabiliter illatam, quam vim aliquando patitur dominus expresse, et aliquando vero implicite, quia licet expresse non dissentiat, eo quod tacens, tacet tamen violenter ex metu, aut verecundia. Retentio vero rei per furtum ablatae, quando fit domino invito rationabiliter dicitur furtum continuatum, seu continuatio furti, et similiter retentio rei per rapi-

rapina accepta, quando fit domino violentia patiente dicitur rapina
(simulata, seu) simulatio rapinae. Est 2a difficultas inter authores
an furtum, et rapina differant in specie morali, seu habeant malitias
morales specie distinctas? Negat Gabriel in 4to dist. 15 quaest. 3 art.
1o. Affirmant reliqui Doctores, quorum sententiam sequor.

Ratio est, quia rapina praeter
malitiam furti, qua quod laedit proximum in bonis fortunae respectu domini,
alteram malitiam violentiae illatae personae, cui res aufertur, qua ipsa
inhonoratur; ergo rapina, et furtum habent malitias specie distinctas. Distinguuntur
ergo rapina et furtum tanquam includens, et inclusum, quia rapina includit
malitiam furti, et superaddit malitiam contumeliae. Adhuc tamen aliquando
simplex furtum significat, nomine rapinae, et rapina nomine furti. Furtum
idem dicendum de rapina, ex genere suo est peccatum mortale. Dixi ex
genere suo, quia ex parvitate materiae, aut defectu plenae advertentiae potest
esse tantum veniale peccatum.

Suppono 4o Duplicem esse quantitatem ablatam
per furtum, aliam levem, et aliam gravem. Levis est, quando quis furatur obolum:
gravis quando furatur unum, vel plures aureos. Et quantitas levis
debeat restitui, tamen debet restitui sub peccato mortali, et solum sub pec-
cato veniali: gravis vero quantitas debet restitui sub peccato mortali.
Tota difficultas est in assignanda quantitate, quae sit gravis in
prudentum existimatione, ac proinde debeat restitui sub peccato mortali.
inquirendum ergo nobis est, quae quantitas requiratur, et sufficiat ad peccatum mor-
tale in furto?

Multiplex est Doctorum sententia in hac quaestione. 1a Navarri cap
17 no 4 asserit materiam requisitam, et sufficientem ad peccatum mortale, ac pro-
inde gravem esse dimidium argenteum, seu regalem, et ni fallor, quando hic
scribebat Navarrus pretium erat dimidium argenteum, seu regalis, quae
hodie unum et dimidium. 2a sententia Corduba docet unum regalem esse materiam
gravem. 3a sententia assignat duos argenteos, seu regales. Ita [illegible] Re-

boly lib. 3 p.e 2 quest. 15, et P. Lesiy cap. 12 dubitatio 6.a quod probale existimat P. Vasq. de restitutione cap. 5 § 1.o

Quarta sa assignat tres argenteos. Ita P. Valentia tomo 3.o disp. 5.a
Quinta sa assignat quatuor argenteos saltem in Hispania. Ita Lepa, cui accedit P. Thomas Sanchez tomo 2 [illegible] morali 6.a
sa et minus lapsa assignat centum argenteos. 7.a centum aureos.
8.a sa aliis omissis, docet quantitatem furti notabilem requisitam et sufficientem ad peccatum mortale non esse indicandam c.m se, seu absolute sumptam, sed spectata ratione facta ad personam, cui res aufertur per furtum. Ita Joannes de Medina, Petrus de Navarra lib. 3 cap. 1.o et alii. Ratio horum doctorum est quia furtum est peccatum mortale, quatenus infert damnum notabile: sed quod uni est damnum notabile, non alteri est damnum modicum, et parvi momenti; ergo quantitas furti notabilis non est indicanda c.m se, sed spectata ratione ad personam, cui res aufertur per furtum. Ex doctoribus huius sententiae Becanus, Bonacina et Diana 1.o indicant 1.o respectu personarum valde divitum unum aureum esse materiam requisitam et sufficientem ad peccatum mortale. 2.o respectu mediocriter divitum esse materiam notabilem, seu gravem quatuor regales. 3.o respectu mechanicorum, seu qui suo labore sustentantur duos regales esse materiam gravem. 4.o respectu pauperum, qui mendicando vivunt dimidium regalis esse materiam notabilem sufficientem ad peccatum mortale.

Cardinalis vero de Lugo in ordine ad reges, et Magnates existimat unum aureum esse materiam requisitam, et sufficientem ad peccatum mortale, respectu divitum sex, aut septem regales, seu argenteos, respectu artificum quatuor regales, respectu pauperum valorem victus diurni, seu mercedem, quae datur fossori tempore medio inter hiemem et aestatem.

Ultima sa aliis omissis docet materiam sufficientem, et requisitam

ad peccatum mortale esse victum diurnum, qui proportionatus sit Personae, cui aufertur. Ita aliqui cum Marcancio et Barbosa. Cap. 2 ... verosimilior eligitur.

Cap. II.

Sententia verosimilior eligitur et probatur.

Inter tot ... placet haec ultima. Sit ergo materia ... quantitas sufficiens, et requisita ad peccatum mortale esse victus diurnus, qui proportionatus sit Personae, cui aufertur, vel eiusmodi victus valor. Placita placet prae aliis, quae assignat quantitatem, quae ... invariabiliter, et firmiter sit gravis in ... tempore et loco, quod non praestant reliquae sententiae ut infra ostenderemus. Probatio ... quia ... quantitas gravis ... ab ... est ... rationabiliter invitus gravitur: at quisque erit rationabiliter invitus graviter, si auferatur victus diurnus; ergo victus diurnus est materia gravis, et sufficiens ad peccatum mortale. Maior ... Minor ... quisque ... grave ... ei aufertur victus diurnus; ergo quisque erit rationabiliter invitus graviter, si ei auferatur victus diurnus. Confirmatur:

... quod est malum ... infortunii, et beneficii ... esse ... ratione iniustitiae: at carere victu diurno est malum infortunium, et largitio victus diurni est magnum beneficium: ergo auferre victum diurnum est peccatum grave. Confirmatur, quia haec ... assignat quantitatem, quae invariabiliter et ... tempore, et loco est materia notabilis, et gravis, ac ... regula ... et generalis cognoscendi quantitatem, quae ... est ad obligationem restituendi sub mortali, quae regula est ... difficultatis. Ratio autem est, quia ... et ... tempore auferre alicui victum diurnum, seu valorem sufficientem ad ipsum ... gravis iniustitia, si ... victus diurnus sit proportionatus ...

nempe regi ut regi, mediocriter diviti ut mediocriter diviti, artifici ut artifici, pauperi ut pauperi. D. Th. 1. 2. q. [illegible] a. 2.

Deinde ab impugnandas aliorum sententias. Nam in primis quinque primere [illegible] ex eo reiiciuntur, quod assignent quantitatem, quae gravis sit in aliquorum hominum, non vero gravis in omnibus. Hic assignanda est quantitas, quae in omnibus sit gravis; hoc enim quaeritur, et eae sententiae non bene explicant difficultatem, ac inde refellendae. Magna quia in regibus et magnatibus quatuor regalium tres non sit quantitas gravis, non minus damnum infert regibus et magnatibus, quam ablatio quatuor regalium, quae mediocriter divitibus, quam furtum dimidii regalis. Et in mediocriter divitibus non est materia gravis, sed levis dimidium regalis, quod in regibus et magnatibus non est materia gravis quantitas quatuor regalium. Eodem argumento refellitur ea assignans quinque regales pro materia gravi. [illegible] ea asserens materiam gravem esse mercedem laboris diurni, quae dari solet, aut rependitur operario in vinea. Quia tamen quantitas sit gravis in hominibus non multum divitibus, pro reloquendo non est talis in regibus et magnatibus valde opulentioribus. Similiter refellitur 8a [illegible] impugnavi [illegible] ex ipsis [illegible] apparent [illegible] (dissentiones) quia quantitas ab illa assignata non est gravis in omni tempore et loco, nec in omnibus personis. Nam ea pecuniaria quantitas, quae in uno loco, et tempore sit gravis, in altero potest esse levis, et minoris aestimationis, ac proinde illius ablatio inferat grave nocumentum in uno loco et tempore, in altero leve, aut nullum nocumentum afferat. Sic in nostra Hispania nunc opulentissima, quae olim parvi momenti est quantitas pecuniaria, quae olim maioris aestimationis erat, et

et utilitate.

Et quidem generaliter loquendo dici potest explicanes, quanam gravem, et notabilem fraudem summa pecuniaria refellunt; quae explicant, quantitatem gravem quae hic desideratur, nec traduntur regulam generalem et constantem cognoscendi quantitatem gravem ratione hujus invariabiliter et similiter. Nam pro varietate Provinciarum et Regnorum modo secundum copiam, modo abundantiam pecuniae, et juxta varietatem temporum summa eadem pecuniae jam parvi, jam magni aestimatur; et quae summa pecuniaria requirit quantitatem gravem assignari in furto. Et ratione loci, quia eadem summa pecuniae juxta varietatem temporum, et loci ablata furtive jam inferat damnum grave, jam leve; quod...

Explicatur et confirmatur

Pecunia, nam invariata pecunia legem quae valorem taxatum, aut decrevit illius utilitatem, et aestimabilitatem multitudine, aut paucitate illius, plus valet ad ceteras res emendas, ubi minus est pecuniae, quam ubi est major illius abundantia. Quapropter minus valet hodie in Hispaniis propter majorem illius copiam ex novo orbe asportatam, quam valuerit centum antea annis. Quae enim centum antea annis emebantur, aut conducebantur, uno, nunc emuntur, nec conducuntur hodie quatuor. Hodie item ubi est major pecuniae copia minus valet, quam ubi est minor illius copia, ut minus valet in novo orbe, maxime in Peru, quam in Hispaniis. Et quia Regiones, Civitates, et oppida minus abundant pecunia, eo plus valet, ubi illius res illa emuntur, et conducuntur.

Unde infertur, non posse assignari notabilem, et gravem furtum summam determinatam pecuniae, verbi gratia quatuor regales argenteos, in omnibus locis, aut temporibus. Nam ubi quatuor regales minus valent propter majorem pecuniae abundantiam, minor lucro, minorque injuria proximo fit in furto quatuor regalium, quam ubi plus valent ob pecuniae penuriam; et ubi plus valent ob

pecuniae, gemmis, maior laesio, maiorque iniuria fit per furtum qualium regalium, quae ubi minus valent. Ex quo fit, quod ubi minus valent qualia regalia, potest non esse materia gravis summa qualium regalium, quae talis sit ubi plus valent; ergo pro summa pecuniaria non potest firmiter et constanter determinari quantitas gravis furti, quae sufficiat ad peccatum mortale. C. 3. argumenta contra nostram sententiam solvuntur. Cap. 3.

Argumenta contra nostram sententiam solvuntur.

Argues 1o contra, quia ex nostra sententia infertur, furtum quatuor aureorum factum Regi non esse peccatum mortale: et hoc est absurdum: ergo non bene explicatur quantitas gravis furti in ordine ad victum diurnum. Maior est, quia in victu Regis diurno plus impenditur, quam summa qualium aureorum; ergo furtum qualium aureorum Regi non est peccatum mortale ex nostra sententia. Resp. distinguendo maiorem. Ad probationem omisso antecedente, et nego consequentiam. Quia non totum id, quod expenditur in mensa Regia est necessarium ad victum diurnum Regis, cum minus sufficiat, et plura sint destinata luxui, et ostentationi. Nos autem non aureorum esse necessarium ad peccatum mortale furti, et ad inducendam obligationem restituendi sub mortali, totum id, quod in mensa Regia expenditur, et quod sufficit victui diurno Regio, quod forte aureum non excedit. Unde etsi impendantur quatuor aurei in mensa Regia, non est necessarium ut quantitas ablata Regi sit gravis, quod sit quatuor aureorum, aut illorum valoris, et sufficiet quantitas unius aurei plus, minusve.

Argues 2o: quia ablatio victus diurni non infert Regi grave damnum: et id, cuius ablatio non infert damnum grave, non est materia sufficiens ad peccatum mortale, et restituendum sub mortali; ergo male a nobis assignatur quantitas gravis pro victu diur-

diurny. maior p̄p̄ q̄a si ablato victu diurni inferret Regi damnum grave, Rex transiret à divite in pauperem: et Rex v. g. Hispaniarum n. transit à divite in pauperem pp̄ hoc, quod semel auferat, ei victu diurnum, sive quod sufficit ad victum diurnum; & &a.

Resp. nando ma.

ad pp̄baõg nego minorem. q̄a ad hoc ut Regi inferat damnum grave, et notabile, n. e. necess. quod à divite transeat in pauperem, ut contendit, et n. pbat arguens, et sufficit, quod in damno sibi illato, Rex sit invitus p̄ie loquendo gratiter, et rationaliter. nam damnum, in quo dñm illud patiens e. rationabiliter et graviter invitus n. pot ee leve. Rex aut quilibet alius iure censet, graviter et rationabiliter invitus ineo, quod sibi auferat, victum diurnum, seu sufficiens p uno die, l valor illius. Quare peccat graviter. Regi, qui eiusmi quantitatem gravem, et notabilem ei aufert.

Argues 3°. victus proportionalis Regi fere n. excedit aureum, seclusis, quod in mensa impendit ad luxum, et ostentationem et victus pportionalis divitibus n. excedit septem regales, atq victus pportionalis artifici n. excedit quatuor regales; & nra iandifent à sa Palm. Lugo, et reiiere defendimus, quod ipse docet, scilicet aureum ee mām gravem rei Regis, septem regales rei divitis, et quatuor regales rei artificis &c. Resp. omisso anti, nego cōg. Discrimen nre sententie admisso anti, et rō Palm. Lugo è manifesta. quia illa sa definit mām gravem, et notabilem p summam pecuniariam, que n. pot ee apta, et certa regula p̄ parate oium locorum et temporum, qt in aliis ob pecunie abundantia minus valent septem regales v. g. et rei divitis, quam in aliis ob pecunie penuriam. Unde fit, ut ubi plus valent, minor quantitas sit sufficiens ad damnum grave inferendum, et ubi minus valent, requiratur maior quantitas pecunie ad damnum grave inferendum; nra aut sa definit quantitatem gravem, et notabilem p rem, aut valorem

qui in omnibus locorum et temporum, et Personarum est gravis, et sufficiens ad peccatum mortale.

Confirmatur hoc solutio, et tota doctrina tradita exemplo aptissimo ex Patre Molina: nam ut in furto Indiis inepta est regula quoad omnia loca et tempora dicere, quodque furatus octavum p. 3 fanece Hispania peccat lethaliter, qui vero minorem quantitatem furatur, non peccat lethaliter, eo quod octava fanece par in uno loco valeat duplo aut triplo quam in aliis, imo in uno, et eodem loco uno tempore valeat quadruplo quam in aliis propter majorem, aut minorem Indiis abundantiam. Itaque non potest esse apta regula Indiis locorum, et temporum et diversarum Personarum, imo neque in Personarum eiusdem conditionis, seu status. Dixit certum valorem pecuniae legetaxatum, Hispania quatuor regalium in arbitrium ad definiendum quando furatum ex se non sit culpa gravis. Quia talis valor maxime accrescit, aut decrescit ad res alias emendas, et ducendas ex eo solum quod Provincia Hispania magis abundet, aut egeat pecunia.

Atque ita sivitas diversarum proportionaliter Personarum aufert, illius valor est peccatum mortale, et materia gravis, qui auferret alteri valorem in duplo diversum minus uno obolo non peccaret lethaliter, nec teneretur ad restitutionem sub mortali: Et hoc videtur absurdum; quod haec sententia non bene explicat materiam gravem furti. Hoc argumentum fieri potest in quacumque sententia. Respondetur quod materia gravis, et quantitas notabilis ad furtum quod sit peccatum mortale non potest methamatice definiri, sed moraliter, et iuxta rerum pretia. Nihil ergo mirum, quod is censeatur moraliter auferre quantitatem gravem. Nam quantitas ablata parum distaret à quantitate assignata, et in morali existimatione, quae parum distant, nihil distare censentur.

Ex dictis infertur 1°, materiam ex se levem posse esse gravem in ordine ad restituendum sub mortali: Nam

nam siquis furaretur acum v.g. sartori pauperrimo, qui hic habet +
unde emeret aliam ad sua opera patranda, et comparandum sibi victum
necessarium, sane in isto casu acus ablata erit materia gravis, licet
certe sit levis, quia acus in praedicto casu a sartoris aestimatur mora-
liter victus ipse, qui semper est materia gravis. Quapropter si sartor
propter furtum acus careat victu per tres, aut quatuor dies, aut decem
v.g., tenetur fur ipsi restituere victum per totidem dies.

P. Lessius in-
dicat in hoc casu dari peccatum mortale et obligationem restituendi sub
mortali; adhuc tamen, tale peccatum non est mortale in ratione furti. Prima
pars probatur, quia per ablationem acus infertur damnum notabile sartori;
ergo ablatio acus est peccatum mortale, ac per consequens fur obligatur ad re-
stituendum sub mortali. Posterior vero pars probatur, quia quantitas, quae
furatur, non est notabilis, ergo neque furtum non est grave in ratione furti. Un-
de infert, quod si tallis ferretur excommunicatio, qui cumque rem notabilem
furatus fuerit, ipso facto sit excommunicatus, fur subripiens
acum sartori, vel alteri rem parvi momenti, licet mortaliter, licet graviter in ratione
damni respectu domini, non fore excommunicatus. Addit hoc peccatum
in ratione mortalis pertinere ad speciem damnificationis iniustae (quae pro-
prio nomine caret) si inde sequatur damnum v.g. lucrum cessans domino;
si vero sequatur pernicies, blasphemia, vel aliud pertinere ad hanc speciem pecca-
tum, quae sit furtum rei furtae, et si parvi momenti, esse ponendam et
ita fore etc.

Infertur 2.°, non esse discurrendum de summa pecuniaria,
quae hic et nunc censetur gravis per ordinem ad victum diurnum, sit discur-
ritur de victu ipso diurno. Nam licet victus ipse diurnus, aut illius
valor semper sit et ubique materia gravis, quantitas tamen pecuniae, quae
per ordinem ad victum materia est gravis, non semper est gravis; quia ut supra
dicebamus, dum Provincia v.g. eget pecunia, decrescit pretium re-
rum, et accrescit aestimatio pecuniae, et e contra dum Provincia abundat

pecuniã, decreverit optimos pecuniæ, et rerum Patris accervis, unde fit quod quantitas quatenus respectivè illi, quæ non sufficienter ad victum ... pro una die, et ... gravis, deinde sufficiat, atque adeo non ut ... gravis. ... quæ quantitas ... requiratur ad restituendum in ordine ad domesticos. cap. 1. Præmittuntur aliqua certa apud authores quæstio 3.

Quæ quantitas ... requiratur, ad restituendum in ordine ad domesticos.
Caput 1.

Præmittuntur aliqua certa apud authores.

Regula generalis ... de furibus in ... domesticos, hi enim ex illa generali regula excipiuntur ideo post ... loco manet ... in qua quæritur an ex ... quod domestici aliquid furentur de bonis Patris familias taxari possit quantitas, inde graviter obligentur ad restituendum. nomine domesticorum intelliguntur ... Personæ, quæ familiæ constituunt, vel aliquo modo ad illam pertinent, ut uxor, filii, famuli, consanguinei, et amici Patris familias.

Suppono

1.º domesticos, quicumque sint, posse peccare mortaliter, accipiendo, vel dilapidando bona domestica, ac proinde obligari in ... sub peccato mortali ad restituendum. Ratio est, quia Pater familias potest esse invitus graviter et rationabiliter propter quantitatem aliquam sibi a domesticis ablatam, aut destructam; quantitas propter cujus ablationem dominus est graviter, et rationabiliter invitus est sufficiens ad peccatum mortale, et ad inducendam obligationem restituendi sub mortali; ergo domestici accipiendo, vel dilapidando bona domestica possunt peccare mortaliter, et obligari ad restituendum sub mortali. quod ... est ... illorum domesticorum qui nunquam habentur ut fures in foro externo, etsi multa, et magna furentur. Nam hi in foro ... et in ordine ad restitutionem ... fures, ut bene docet P. Molina, ... non habentur ut fures

in foro externo, eo quod non desit illis actio quoad poenas juribus statutas.

Suppono 2° Maiorem quantitatem requiri ut domesticorum obligatio in ordine ad restituendum, quam ut obligatio extraneorum; intelligimus qui non pertinent ad familiam, neque adnumerantur inter domesticos, specialiter domestici sunt filii, uxor. Ratio est quia non tam facile censetur invitus pater familias in domesticorum, specialiter filiorum et uxoris, quam in aliorum, ut experientia compertum est: ergo maior quantitas requiritur ut domestici, specialiter filii et uxor obligentur ad restituendum, quam ut extranei ad id obligentur. Quapropter generalis regula superius quaest. tradita non comprehendit domesticos, et ideo intelligenda est de furibus externis.

Suppono 3° Non posse unam aliquam determinatam quantitatem assignari in omnibus domesticorum, quae in omnibus sit gravis, et obliget ad restituendum. Ratio est, quia quod quantitas accepta a domestico obliget hic et nunc graviter ad restitutionem pendet a pluribus circumstantiis particularibus, quae possunt variari, et nequeunt sub regula generali et distincte comprehendi. Dependet enim ex fine, verum... accipientis, an scilicet accipiat ad proprios usus, an ad faciendum donationes aliis, an ad usus licitos et honestos, an ad illicitos et inhonestos. Item ex qualitate materiae, an scilicet sit pecunia, an aliquid comestibile, et quid simile. Rursus ex qualitate personae bona accipientis, an scilicet uxor, an filius, qui plus possunt accipere quam famulus. Praeterea ex qualitate patris familias: an sit pauper, an dives, an liberalis erga domesticos, an parcus. Denique pendet ex aliis pluribus conditionibus ~~pluribus conditionibus~~ a ... ut poenitentibus imponat obligationem gravem restituendi. Et haec circa furta domesticorum.

Suppono denique, 4° ex Cajetano patrem familias, idque dicendum de quolibet alio domino rei, duplicem posse esse invitum, quantum ad rem ipsam quae subripitur, et quantum ad modum accipiendi. Quoad rem censetur invitus, quando ei displicet quod rem tollat. Quoad modum censetur invitus, quando solum displicet quod occulte acci-

accipit, et sine illius dissensu expresso, ut sapiunt debitu inseri domesticis factis a filio. Unde similiter plures acceptiones domesticas posse excusari a vi repugnante et obligatione restituendi, si fiant occulto, vel verecundia, et metus ... non ... quod ... peccatum mortale. His suppositis ad probabilitatem ... domesticos indicanda accedo. Caput 2. statuit de illusione de uxore.

Caput 2.

Statuitur illusio de uxore.

Bona mariti et uxoris ... doctores ... in triplici differentia, alia sunt mixta dotalia, atque lucrantur ex ... fructibus dotis, et bona, ad quae lucranda ... opere, et labore adhibent. Alia sunt propria mariti, quae habet ex hereditate, aut alio titulo, vel acquirit propria industria, et labore nil ad id conducente ... Aliasque propria uxoris, nempe dos, quae affertur ad sustinenda onera matrimonii, et bona, quae dicuntur paraphernalia, id est, quae ei adveniunt ex hereditate, donatione, aut industria extraordinaria.

Certum

a bonis dotalibus ... posse uxorem sine peccato, et sine obligatione restituendi accipere et insumere pro suo arbitrio ea bona, quorum proprietatem et administrationem liberam habet. Ita P. Molina ... et apud ... alii. Illa vero bona, quorum maritus habet dominium, vel saltem administrationem, non posse licite accipere. Unde peccare posset mortaliter hoc accipiendo, et insumendo, atque inde obligari sub mortali ad restitutionem. Quae a quantitas ad hoc sufficiat, et requiratur, dubium est apud authores.

Apud non paucos assignatur quantitas excedens vigesimam partem redditus annui, et hec sola censetur ablata, et restituenda sub mortali ab uxore. Ita Ba-

Sedesma, Vega, Riana, et alii. Ratio illorum est, quia vigesima pars talium redditum semper est sub potestate liberae uxoris, et ab ipsa potest expendi pro suo libito; quo sola quantitas excedens vigesimam partem redditum annuorum est gravis, et restituenda ab uxore: et haec sententia deseritur, ut nimis lapsa. Nam ex illa sequitur uxorem hominis valde divitis habentis ducentos mille aureos annuos posse accipere et expendere insciente marito decem mille aureorum, quia sunt vigesima pars eorum redditum: et hoc est absurdum, et contra praxim, et sensum [illegible] fere omnium existimantium hoc ad licitum esse uxori absque licentia mariti; et haec sententia admitendam est.

Secunda sententia, quam defendit Pater Cardinalis de Lugo, Pater Bicastillo et alii plures docet solum illam quantitatem ablatam ab uxore esse gravem et restituendam sub mortali, quae excedit quantitatem accipi solitam ab uxoribus eiusdem conditionis ad eleemosinas, aut donationes aliquas faciendas. Si enim quantitas ablata hanc quantitatem non excedat, nec erit gravis, nec restituenda; imo in eius ablatione nullum peccatum committit uxor. Sequitur haec sententia, quia uxor per matrimonium acquirit ius, ut maritus sibi conferat debitum et congruam substentationem: et in hac debita, et congrua substentatione continetur, quidquid namque est ad sumptus fieri solitos ab aliis uxoribus illius conditionis; ergo uxor non peccat, nec tenetur restituere, si in casu accipiat insciente viro quantitatem accipi solitam ab uxoribus illius conditionis ad eleemosinas, et donationes faciendas. Maior constat, quia maritus per matrimonium se obligavit ad substinenda onera matrimonii, in quibus includitur debita et congrua uxoris substentatio. Minor vero, quia eorum alimentatio uxori attenderet ad dictos sumptus faciendos eleemosinae, donationes et; quia in debita et congrua substentatione includitur quidquid namque est ad sumptus [illegible].

Sed opponetur contra: si uxor prohibente positive et invito marito aliquid-

quod accipiet etiam ad eleemosynas et donationes, quae fiunt ab aliis uxoribus eiusdem conditionis et loci, includendo, contra prohibitionem accipiet aliquid notabile, peccaret graviter, et ad [illegible] restitutionis, etiam si quantitas ablata etiam si excedent quantitatem, quae solet accipi ab uxoribus sibi conditionis, quia quantitas ab uxore ablata est solum e gravis, et sub mortali restituenda, quando excedit quantitatem, quae solet accipi ab uxoribus similis conditionis, et etiam quando non excedit [illegible] quantitatem. Sequela [illegible] quia maritus est dominus suorum bonorum, ac proinde potest uxori prohibere ne quicquam accipiat, et insumat etiam in eleemosynas et cetera.

Clarum

negando sequelam antecedens, quia ut sentiunt P. Molina, et P. Lessius uxor utitur iure suo, quo probabiliter potest a marito accipiendo, et insumendo ex bonis mariti id, quod accipere solent aliae uxores sibi conditionis ad dandas eleemosynas, munera et cetera. Nec velit restituere uxor habet ius percipiendi a marito alimenta, ac proinde accipiendi quidquid marito licuit ad moderatas eleemosynas, et donationes. Hoc enim ius includitur in iure ad alimenta sibi debita. Licet ut alii docent includendo tribuit hoc ius uxori, quo maritus [illegible] privare potest. Vide Dianam [illegible] 3. resolutione 23, et [illegible] tract. 8 resolutione 34.

Potest quoque uxor in pluribus casibus, quos recensent auctores, accipere quantitatem excedentem eam, quae insumi solet ab aliis feminis eiusdem conditionis, et includendo loci, quin peccet, teneatur ad restitutionem, etiam prohibente marito. Ratio est, quia in eiusmodi casibus absolute habet uxor licentiam accipiendi quidquid necessarium videtur etiam invito [illegible]. Casus autem aliquos indicabo.

In primis enim potest licite uxor clam subripere marito et expendere quidquid necessarium est ad avertendum damnum temporale imminens familiae

Sic fecit prudens Abigail, ut refertur 1° Reg. cap. 25. mittendo dona ad David, et eius socios contra mariti voluntatem. Potest etiam accipere quantum fuerit necessarium ad subveniendum suis filijs, extra- in materque memorata à Theologis moralibus, quae de occulte accepit subveniebat filio in Bello, ad quod missus fuerat à Rege, qui deinceps eum non alebat.)

Insuper potest subducere aliqua, vel compensationis causa, si maritus sit prodigus, quia sic honestiùs invigilat uxori, et ipsius prosperitati, vel in bonum familiae, quando maritus in praejudicio totius familiae bona dilapidat et consumit, vel quia victu, vestibus, caeteris sibi, vel familiae necessarijs, quae viri saepe non intelligunt, et frustra ab illis peterent.

Rursus, uxor si eius pater, mater, vel proles ex alio matrimonio sit pauper, et tam miserè in suo statu vivat, et maritus nollit ei subvenire, potest ex bonis suis paraphernalibus, vel bonis etiam communibus, (dummodo post obitum mariti transferat insuper partem in partitione bonorum) ei subvenire quamvis non deberet eos alere, et maritus in id consentire. Ita Navarrus, Lessius, et Diana part. 5 tract. 8 resolutione 34. Qui hanc potestatem extendit ad fratres, et sorores, quod probabile indicant Lessius lib. 2° cap. 12 dubitatione 14, et Ru-llene lib. 6 cap. 1° dubio 9.

Denique potest occulte accipere de suis bonis, et donationis, quod opus fuerit ad eleemosynas, vel alia pia opera pro conversione mariti, vel eius reductione ad bonam frugem. Ita Diana. Ratio est, quia uxor potest sibi bona domestica ad avertendum damnum temporale imminens marito, filijs, vel familiae, ut supra diximus; ergo à fortiori poterit illis uti ad avertendum damnum spirituale mariti.

Rogabis, an quando uxor peccavit peccato furti, teneatur ad restitutionem faciendam ex suis bonis liberis, patet excusari à restitutione, eo quod

cedat, prudentia, quod maritus donaret, si uxor auderet rogare. Res probabile esse posse excusari. Ita P.r Gaspar Hurtado.

Hic notabis etiam maritum peccare graviter, et in iustitia cum obligatione restituendi, si aliquid notabile uxori subripiat absque eius consensu ex bonis suis parafernalibus, vel aliis propriis, cum horum administratio pertineat ad uxorem ipsam. Ratio est, quia quoad bona propria pares sunt maritus, et uxor. Cap. 3, Attribuit conclusio de filiis, et famulis.

Cap. 3.

Statuitur conclusio de filiis, et famulis.

Bona filiorum, et Patris distingda

1. Non alia sunt bona propria Patris, eaque, quorum proprietas, et administratio ad Patrem pertinet. Alia sunt propria filiorum, illa scilicet, quorum proprietas pertinet ad filios, ad quos etiam aliquando pertinet etiam administratio. Haec bona propria filiorum alia sunt castrensia, alia quasi castrensia, alia adventitia, et profectitia alia. Castrensia dicuntur, quae à filiis acquiruntur in bello: quasi castrensia, quae ab ipsis acquiruntur ratione officii publici: adventitia, quae ab eisdem aliunde acquiruntur: profectitia, quae ipsis proficiscuntur ex bonis Patris eis donantis, vel administrationem dantis, vel quae filiis ab altero donantur, parasitica industria Patris. De quo videndus Lessius lib. 2 cap. 4 dubitatione 3.

Filii non peccant, neque inde nec tenentur ad restitutionem, utendo bonis, quae propria ipsorum sunt tam quoad dominium, quam quoad administrationem. Et ideo possunt de bonis castrensibus, et quasi castrensibus disponere pro suo libito. Quare difficultas est de bonis, quorum proprietas, vel saltem utilitas pertinet ad parentes. Et dicitur bonis quaeritur quorum quantitas sit sufficiens, et requisita, ut filius peccet graviter eam accipiendo, teneatur que ad restitutionem. P.r Lessius

P. Lessius indicat quantitatem ablatam à filio hominis pollentis non esse gravem, nec sufficientem ad obligationem restituendi sub mortali, si non excedat duos, aut tres aureos. P. Salas docet, quod si filius hominis habentis mille, et quingentos aureos annuos si auferat intra annum plus, quam viginti, aut triginta aureos non peccat graviter, nec haec quantitas graviter obligat ad restitutionem. Bañez citatus à Lugo dicit non videri satis quantitatem gravem filiis hominis divitis, qui eis furentur, maiorem quantitatem, quam quinquaginta aureorum. Alii omnes recitati quia solum designant quantitatem gravem respectu aliquorum filiorum, et non omnium, quod in praesenti desideratur.

P. Cardinalis de Lugo, et cum illo plures docent, non posse assignari generaliter loquendo quantitatem, quae respectu eius filiorum sit per se sufficiens, et requisita ad peccatum mortale, et ad restituendum sub mortali. Ratio est, quia haec designatio quantitatis pendet ex multis circumstantiis particularibus, quae non possunt comprehendi sub una regula. Nihilominus P.ⁿ Docentes ad dicendum ex ratione assignari ab [illegible] potest regula generalis pro omnibus filiis.

Sit ergo nostra conclusio ex omnibus, et sola quantitas dicenda est gravis respectu filiorum furantium, quae excedit summam ab aliis Patribus prudenter, et laudabiliter dari solitam filiis eiusdem conditionis. Unde nisi huius summam excedat quantitas, quae aufertur à filiis, non erit dicenda quantitas gravis, neque stricta cum acceptione [illegible], neque quidquid Patres prudenter, et laudabiliter concedunt filiis ad usus honestos inclusive, insubsistentatione consueta et debita filiis, quod inde patet, quia taxatur alimenta filiis congrua adhuc in specie; ergo quantitas occulte ablata à filiis, quae non excedat eam summam, quae regulariter datur à Patribus filiis illius conditionis, et status non erit gravis, neque ineius usurpatione interveniet peccatum satis grave.

Sed rogabis, an hoc verum sit non solum quando P. sciret permitterè

vae omittere, et etiam quando positive imperat filiis, ne aliquid sibi sumant de bonis domesticis. Resp. affirmative quando etiam imperavit Pater ne aliquid sumant, sicut neque, licet ex iustitia ut hic uxor, ad alimenta sibi comparanda: et in alimentis comprehenduntur, inde dicit idem quod alibi Lessius dixit filius vilis conditionis, et status ad usus honestos; et etiam pater imperans Patris possunt sine peccato gravi saltem, et obligatione restituendi cum-mi quantitatem sibi accipere.

Rogabis 2.º an peccet filius, si expendat in res turpes, aut vanas notabilem summam ex pecuniis, quas Pater dedit ad honestos usus, v.g. ad emendos libros, vestes &c. Resp. affirmative. Quia Pater solum donavit pecuniam filio ad hos usus honestos, ac proinde solum intendit donare cum restrictione ad eos determinatos usus, ne filius acquirat dominium pecuniarum nisi ad illos usus. Quare si filius aliter expendat, peccat contra iustitiam et tenetur ad restitutionem, cum ad alios usus ius non habuerit. Quod intelligendum esse ut benevolenter docet Lessius, si Pater inde damnum acceperit, itaut cum filii pecuniam in alios usus expenderit, plus cogatur expendere; secus si id in solum filii incommodum cesserit.

Rogabis 3.º ex quibus bonis faciendasit restitutio a filio. Resp. esse faciendam ex bonis castrensibus, aut quasi castrensibus, si habeat, si vero non habeat, tenebitur post mortem Patris in portione hereditaria computare quod subripuerit; nisi forte constet alios fratres seu heredes similiter expendisse: (nisi parens condonaverit, (quod censeatur facile condonaturus, si filius auderet rogare. quare sic ut bene sentiunt Pater Lessius et Pater Gaspar Hurtado multi excusant ab hac restitutione.

Sed ad quaestionem assignatam regula. quod si macra-tes contra tribuerit suis filiis triginta aureos annuos ad suos usus proprios: filius vero alterius auferat Patri centum aureos, sanctè

quantitas excedit notabiliter eas summas, quae à Patribus regulariter dari solent filiis illius conditionis, ut si est non stabit beneficiis, filius vero litteras annuas, quas subripuit: quia non est quantitas excedens eas, quae à Patribus solet dari filiis, e semper gravius filiorum quantitas aut semper restituenda sub mortali: minus quia pater filius non restituere sine peccato, si Pater eius condonavit debitum, credebat condonatum, si rogatus fuisset à filio; quia non petit condonationem propter verecundiam; quia Vide.

Resp. contra amamani; negatur minor. Ad probationem dico, summas illas pro selogdo eas restituendas sub mortali, quod sufficit ad veritatem nostrae doctrinae pro ... deobligari filium à restitutione propter eas factas in args.

Ex dictis infertur filium non peccare graviter accipiendo ex bonis Patris, quod putet prudenter Parentem rogatum facile decessurum. Ratio est, quia tunc Pater solum est invitus quoad modum, non vero quoad substantiam rei ablatae. 2°, si quaeris filius venderit bona castrensia, aut quasi castrensia, et lucra id, quod expendit in alendo filio, potest interantum repetere: quod si non audeat propter verecundiam, aut aliam illam rationem, potest occulte sibi compensare, vel repetere ab haeredibus. Quod maxime notandum est confessariis, ne constringant filium ad restitutionem, cum fructus beneficii percipiunt à parente.

Tertio, inter eventibus, in quibus Pater tenetur dare eleemosynas, licitum est, non peccat graviter filius, si aliquid subripiat Patri ad eas eleemosynas faciendas, si accipiat aliquid occulte ad succurrendum proximo in extrema, vel etiam in gravi necessitate constituto. Ratio est, quia tunc Pater tenetur eas eleemosynas dare; ac proinde non est rationabiliter invitus in eo, quod filius ad eas faciendas aliquid accipiat. 4° non peccat graviter, si dum versatur in studiis, et extra domum paternam expendat aliquam pecuniae summam in eleemosynas, ludos, et honestas recrea-

re[illegible] more aliorum suae conditionis. Ratio est, quia tenetur Pater id[illegible] mittere.

De filio inquiri solet, an si gerat negotia Patris possit exigere salarium, quod daretur extraneo. Resp. affirmative, quia filius non est detinendus conditionis extraneo. Et si id impetrare non possit, vel exigere auderet potest clam accipere. – Excipiuntur hic tres casus, docet Lessius. Primus ut filius id protestetur Patri. 2us ut constet id non facturum Patrem, neque inventurum alium, qui gratis eius negotia gerat, vel minoris faciat. 3us ut usufructus huius lucri non sibi vendicet filius ante mortem parentis, vel suam emancipationem; quia usus fructus huius lucri pertinet ad Patrem, ut pote boni adventitii filii.

Sed dices 3o: filius iure naturali tenetur Patri servire sine stipendio; ergo nequit exigere a Patre pro suo labore et industria tantumdem, quantum daretur extraneo, nec clam accipere, si non auderet exigere a Patre ob verecundiam. Resp. negando antecedens, quia quando Pater non egeret, nulla aequitas dictat, quod filius teneatur laborare sine stipendio.

Quaeri hic potest, an quando fertur excommunicatio in eos, qui aliquid subtraxerunt de bonis defuncti, autem consciis non manifestantes, in illa excommunicatione comprehendantur filii qui res Patris. Resp. negative, nisi addita specialis clausula, quae eos dumtaxat expresse contineant. Ita Bonacina cum multis decensuris disp. 2a quaest. 6.

Circa quantitatem requisitam ut famuli peccent graviter, et teneantur ad restitutionem, existimant Bonacina, Dr. Gaspar Hurtado et alii eam sufficere et requiri, quae ad peccatum mortale in furto facto ab extraneo, seu non domestico. Quia quoad hoc non est aliqua peculiaris ratio [illegible] in furto ex bonis domini, qualis reperitur in filio ex bonis Patris accipiente, et in uxore ex bonis mariti.

Addunt tamen plurimi, et famulos excusari a mortali, et obligatione restituendi, quando minima quantitas ex-

valentary, et populantory successive furantur, ut qui dumunt, quae fit notabilis, apparem temporis, etiam extraneo sufficiens ad peccatum mortale, et obligatio restituendi. Ratio est, quia dominus dicitur aliud non dubitatur non censetur invitus quoad substantiam, sed quoad eas quas tantum solum quoad modum accipiendi; et ad accipiendi contra voluntatem domini non sufficit ad peccatum mortale.

Dicitur notabiliter dumunt: nam si accipiant notabilem quantitatem ex valentary, et populantory, ad vendendum, vel ludendum, vel dumendum cum externis, peccant mortaliter peccato furti, et obligantur ad restitutionem. Ratio est, quia tunc dominus censetur invitus circa eas quas sic subtrahunt quod furto accipitur. Quaestio 4 de obligatione restituendi, quam habent cooperatores ad damnum injustum. Cap. 1. quinam dicantur cooperari ad damnum injustum.

quaestio 19

De obligatione restituendi, quam habent cooperatores ad damnum injustum. Cap. 19

Quinam dicantur cooperari ad damnum injustum.

Non procedit hic difficultas de eo, qui efficax immediate exsequitur damnum, quippe hic intendit causa cooperans, quam aut reliquae sunt cooperantes. Novem sunt cooperantes ad damnum injustum, comprehenduntur a Doctoribus his duobus carminibus:

Jussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
participans, mutus, non obstans, non manifestans.

ex quibus sex priores dicuntur positive in damnum; tres vero posteriores influunt negative. Per jussionem intelligitur, qui mandat. Per consilium, qui dedit. Per consensum, qui dicendo in damnum injustum alterius. Per vocem palpo significatur, qui laude, adulatione, derisione, aut similibus, vel aliter aliquem ad damnum inferendum excitat.

Per recursum intelligitur, qui recipit fures, illorum furta, aut instrumenta occultat, vel alio quovis modo parat; aut exhibet refugium damnificanti injusto, sicut

-tius a, si hunc domo recipiat corpo hospitii, amicitiae, aut consanguinitatis causa. Per vocem participans intelliguntur socii criminis, quales sunt coadiuvantes, mediatores, proxenetae, et famuli usurariorum incurrentes literas, exigentes pecunias usurarias, ut diximus in ma de usuris. Vendentes, apportantes furto sublata, fabricantes vel tradentes claves eis, quas furatores cognoscunt, applicantes, et tenentes scalas, custodes, exploratores, et istis alii.

Ex causis negative, seu privative concurrentibus ad damnum alterius per mutum significatur qui clamare ex iustitia tenetur, et non clamavit. Per vocem non obstans intelligitur qui ex iustitia impedire, seu cavere tenetur damnum alterius, et non impedit, nec cavet. Per vocem non manifestans significatur qui pariter ex iustitia tenetur revelare, et non revelat damnum, et damnificatorem. — De his omnibus cum breviter agemus in hac quaestione, explicabimus brevi calamo, quando quis teneatur, ad restitutionem ea cooperans positive aliquo ex sex mis prioribus, vel negative aliquo ex tribus posterioribus, ad damnum proximi ipsi et fiat, ad hominis vel ad acciendum, et quando nulla exist obligatio restituendi ei cooperanti aliquo ex mis exposit, si efficaciter in se sit sequutus, peccaverit mortaliter enim non cooperatur ad iniustam actionem, seu damnum proximi. Cap. 2.3

De mandante inferre damnum iniustum alteri.

§. Nomine mandantis intelligitur non solo qui habet potestatem super mandatum et qui illam cavere spectat, instruit, vel alium ad damnum inferendum. Sit prima conclusio: qui expresse, aut tacite iniustalicui inferre damnum, tenetur ad restitutionem damni illati. Probatur quia ea ratione efficax damni iniusti tenetur ad restitutionem: at qui expresse, aut tacite iniuit damnum inferre alteri, quod reipsa illatum est, est causa efficax illius. Ergo qui expresse, aut tacite iniuit alium inferre damnum, tenetur ad restitutionem damni illati. Plures hic excitantur quaestiones ex hac materia, quae breviter enodandae sunt. Quaeres

1.° primo mandans, qui expresse revocavit mandatum, et ostendit renuntiavit mandatario non influit in damnum: Ergo mandans, qui expresse revocavit mandatum ante damni executionem non tenetur ad restitutionem —

ad restitutionem damni illati à mandatario? Resp. non teneri, si revocatio mandati cognita fuit mandatario. Ratio est, quia causans non influens in damnum, non tenetur illud reparare: sed mandans, qui expresse revocavit mandatum, et ~~et~~ ostendit revocationem mandatario, non influit in damnum; ergo mandans, qui expresse revocavit mandatum ante damni executionem non tenetur ad restitutionem damni illati à mandatario. Minor probatur quia eatenus influeret, quatenus mandatarius moveretur ex voluntate mandantis; sed non movetur mandatarius ex voluntate mandantis, quando cognoscit revocationem mandati; ergo mandans, qui expresse revocavit mandatum, et intimavit revocationem mandatario, non influit in damnum. Minor huius syllogismi probatur: quia quando cognoscit revocationem mandati, cognoscit non in mandante existere voluntatem damni, sed in quantum ergo non movetur mandatarius ex voluntate mandantis.

Minor illius 1i syllogismi probatur 2o, quia revocans mandatum retrahit influxum exhibitum per mandatum; ergo revocans mandatum, non influit in damnum. Si vero revocatio mandati non innotescat mandatario, tenetur mandans ad restitutionem. Ratio est, quia quando revocatio mandati non innotescit mandatario, iste exequitur damnum motus ex mandato moraliter perseverante, atque adeo influente in damnum: quod probatur quia mandatum non extinguitur moraliter per solam sui revocationem, sed ut cognitam, et ita retrahentem influxum, quem prior mandantis voluntas exhibuerat.

Sed dices: qui dissuasit damnum, et postea mutet dictum, et id commutatum innotescat dissuaso, tenetur ad restitutionem damni sequuti, et patrati à dissuaso; ergo mandans similiter, quamvis revocet mandatum, et revocationem intimet mandatario, tenetur ad restitutionem damni sequuti, et patrati à mandatario. Ad dubium est aliqui authores id negant Navarra, Medina, et Reginaldus. Ratio illorum est, quia nunc actio iniusta non causatur à consulente, sed à dissuaso, qui meliori dictio, tenebatur fuit à proposito deceptio revocare.

Sed omisso antecedente, nego consequentiam. Discrimen est, quia id, quod

quod exequitur mandatarius, facit nomine mandantis, et ut mandantis voluntatem exequatur, quae tamen de communi censetur revocata; requirit exequi, nec in mandantis nomine operari. Atqui consulens operatur nomine proprio, et in casu, ubi similis nimis motus rationibus, quas suggessit consulens, illius obstinate movetur, etiam de consulens contendit eas enervare. Unde etsi consulens nequeat facere, ne rationes ab ipso propositae moveant consultum, tamen potest retrahere influxum moralem, quem suo consilio exhibuit in actionem iniustam, quinde tenetur ad restitutionem. Sic qui iecit sagittam, et postea iactus poeniteat, et conetur sagittam detinere; sed, si supra non detineat, censebitur cum morali damni sequuti.

Ex doctrina tradita infertur, teneri ad restitutionem, si mandans segetes inimici incendere, et ante incendium cognovit mandatarius initam esse pacem, aut affinitatem inire, et tamen inimici segetes nihilominus combussit. Ratio est, quia censetur revocasse mandatum, et tacite intimavisse revocationem per pacem initam, aut affinitatem contractam cum suo inimico, et cognitam a mandatario.

Quaeres 1°, an mandans teneatur restituere damnum illatum, quando serio revocavit mandatum, et serio intimavit revocationem mandatario, licet hic crediderit revocationem fieri non serio sed ficte, ut complaceret specialibus id postulantibus? Resp. teneri ad restitutionem eiusmodi damni. Ratio est, quia in hoc casu mandatum revera influit in damnum illatum a mandatario; ergo mandans in isto casu tenetur ad restitutionem damni illati. Antecedens probatur, quia mandatarius movetur ab eiusmodi mandato, quod etsi revocatum sit a mandante in eius mente perseverat moraliter: sed mandatum perseverans moraliter revera influit in damnum illatum; ergo mandatum revera influit in damnum illatum, quando credidit mandatarius revocationem fieri non serio ficte.

Dixi, quia si mandatarius, quia surdus, aut distractus erat, non audivit, aut non percepisset revocationis notitiam, tunc mandans tenetur ad restitutionem sine dubio: atque inde est credidisse revocationem fieri ficte, ac non audisse, aut non percepisse revocationem; ergo quando mandatarius

credidit revocaõẽ factã n̄ realo, et aio facto, tenet[ur] illi remandan-
dans ad restituoẽ. Conf[irmatur] 2°, q[ui]a si promittas certũ P°, qui l n̄ au-
dit, l credit promissioẽ ... fiat, n̄ obligaris, q[uia] proinde ẽ ac
si n̄ audisset, ubi n̄ peregit verũ genuinũ ex ore verborũ; q[uo]d idẽ
dicendũ ẽ in nrõ casu, qdo mandatarius putavit revocaõẽ man-
dati factã aio facto.

Quæres 3°, an mandans teneatur ad restitutioẽ damni, qdo revocavit mandatũ, et mandatarius cognovit revocaõẽ,
eum tñ, obliti exsequitur damnũ mandato motus? Resp. neg[ati]vè.
Raõ ẽ, q[ui]a mandatũ extinguitur p[er] revocaõẽ p[er]fectã à manda-
tario; ergo mandatarius n̄ movetur mandato vero moraliter præ-
serante; ergo n̄ tenetur ad restitutioẽ. Conf[irmatur] à paritate; quasi manda-
tarius cognovit revocaõẽ mandati ad contractũ, et mox, oblitus man-
dati, contractũ faciat noẽ mandantis, contractus ẽ invalidus, q[ui]a n̄ fit
revera noẽ mandantis: ergo in nrõ casu mandatarius n̄ exsequitur
damnũ revera noẽ mandantis; ergo n̄ tenetur ad restitutioẽ.

Raõ à priori
desumi l ẽ, q[ui]a mandatũ solũ influit p[er] ut moraliter perseverans, seu mo-
raliter n̄ extinctũ: et moraliter n̄ perseverat, seu extinguitur p[er] revo-
caõẽ perfectã à mandatario; ergo in casu posito mandatũ n̄ influit
in damnũ, atq[ue] ideo mandator n̄ tenetur ad restitutioẽ. Conf[irmatur]: q[ui]a manda-
tũ duntaxat influit p[er] existentiã sui continuatã, et n̄ interruptã, seu
destructã; et mandatũ revocatũ et intimatũ mandatario n̄ habet exis-
tentiã sui continuatã, seu n̄ interruptã; ergo n̄ influit. Quod à falla-
ci, mandatarius ratus mandatũ perseverare, n̄ facit mandatũ pe-
rseverare, et existere moraliter, atq[ue] inde, quod influat vere moraliter;
et ad summũ facit, quod influat ficte, ex quo influxu n̄ oritur
obligaõ restituendi in mandante.

Dices: ad obligaõẽ restituendi su-
ficit, quod damnũ sequatur ex mandato p[er]fecto vero et in sola ra-

damnum sequitur ex mandato Spectato vero, quod mandatarius tenetur ad restitutionem. Rectius negando maius. Quia ulterius requiritur quod moraliter perseverat mandatum. Ratio est, quia mandatum non influit Species quod Spectatur, et quod fuit verum, et qua modo est verum, et moraliter existens: quando autem revocatum est, et revocatio intimata mandatario, non est existens, et verum, sed solum ficte et quod memoria fallax, ac proinde influxus non inducit obligationem justitiae in ordine ad reparationem damni ex mandatoris.

Quaeres 4, an si post mandati revocationem et intimationem mandatario factam, iste obstinate perseveret in voluntate occidendi Petrum, teneatur mandator ex justitia monere proximum, ut declinet insidias sibi paratas? Affirmat P. Suarez disp. 44 de censuris sect. 3. Ratio est, quia mandator injuriam fecit proximo, ac proinde tenetur ex justitia impedire damnum, quod ex talli injuria sequi potest. Negat tamen P. Vasquez cap. de 9 restitutione, qui indicat in hoc casu mandatorem ex sola charitate teneri proximum monere.

Ratio est ipsorum, quia mandator ex justitia solum tenetur, ne mors, seu damnum proveniat proximo ex sua injusta voluntate: sed facta revocatione mandati, et illius intimatione mandatario mors nequit provenire a voluntate injusta mandatarii, quod mandator ex justitia teneatur monere proximum, ut sibi provideat, et declinet insidias sibi paratas. Minor probatur, quia mors nequit provenire a voluntate non existente, seu extincta moraliter, cum haec nequeat influere: sed per revocationem mandati, et intimationem revocationis factam mandatario, voluntas injusta mandatoris non existit, vel seu extincta est moraliter: ergo facta revocatione mandati et revocationis intimatione mandatario mors nequit provenire a voluntate injusta mandatoris. Sicut enim requirit mandatarius moveri mandatoris voluntate, quae cognoscitur non existere, seu est revocata, ita nequit mandator teneri ex justitia

iustitia monere proximum &c.

Quaeres 5.° an qui mandat
inferri damnum Petro, et mutata voluntate nequit monere man-
datarium de revocatione suae voluntatis teneatur ex iustitia mo-
nere Petrum, ut suis rebus consulat? Resp. affirmative, quando id potest
facere sine longe maiori damno proprio. Ratio est, quia sicut
mandans tenetur restituere damnum illatum, ita tenetur impedire dam-
num sua culpa inferendum: ergo qui mandavit inferri damnum Petro,
et mutata voluntate nequit monere mandatarium de revocatione
mandati, tenetur ex iustitia Petrum monere ut suis rebus consulat. Imo
consistenter docent authores, si quis Petrum accusavit de falso crimine,
propterquod casu plectendus esset, nec aliter liberandus, quam ape-
riente Petro calumniam, teneri Petrum illam aperire etiam cum periculo suae vitae.
Quod si
mandans non possit Petrum monere, nisi cum longe maiori damno proprio, non
tenetur id facere: quia cum tanto damno proprio non tenetur damnum inferendum
impedire, quemadmodum cum simili damno proprio non tenetur damnum illatum al-
teri reparare. Poterit tamen sine tanto incommodo proprio illud damnum
in bonis fortunae reparare postquam illatum fuerit.
Quaeres 6.° an manda-
tor teneatur restituere, quando mandatarius cognovit revocationem mandati,
finxit tamen se non cognovisse, ut posset accipere mercedem promissam a man-
datore? Resp. negative. Ratio est, quia in isto casu non movetur mandata-
rius ex mercede promissa, sed ipse fraudavit illam summam, eo praetextu quod man-
dator non tenetur ad restitutionem. Ait tamen quod debitum illius mercedis perditum
revocatione mandati cognita a mandatario, quia iste non movetur
ex mercede promissa.
Quaeres 7.° an mandator teneatur restituere, si mandata-
rius retrahit prius acceptatione mandati, quod tamen postea exequitur, ante-
quam sit revocatum? Resp. affirmative. Ratio est, quia tunc mandator recipit

influit in damnum exequendo à mandatario; quia tenetur ad restitutionem, quia est causa mandatarium movens mandato, quia mandator reipsa influit in damnum exequendo à mandatario. Ita Pater Suarez de censuris disputatione 44 sectione 3.

Quaeres 8 an si mandaveris gravitia proximi Petro non occidere, et mandatarius occidat, tenearis ad restitutionem hujus moralis damni? Respondetur affirmative. Ratio est, quia mandasti adhoc ex se inducens moralis; quia fuisti causa efficax mortis Petri, ac proinde obligaris ad restitutionem hujus damni. Itaque Suarez disputatione 45 de censuris sectione 2.

Quaeres 9, an si mandaveris occidere Joannem, et mandatarius per errorem occidit Petrum tenearis ad restitutionem? Respondetur affirmative. Ratio est, quia licet nolueris Petrum occidi, potuisti id timere, aut cogitare, cum silia damna per errorem evenire soleant.

Quaeres 10, an tenearis ad restitutionem, si iusseris occidere Petrum et mandatarius occidat Petrum simul et comburat domum illius, cum posset interficere sine domus combustione? Respondetur negative quoad excessum scilicet combustionis domus. Quia ille excessus, nempe combustio domus non provenit ex tua voluntate, sed ex malitia exequentoris; et non teneris restituere damnum, quod provenit ex malitia exequentoris, et non ex tua voluntate; quia non teneris restituere excessum damni à te intenti, sine combustione domus.

Quaeres XI, an tenearis ad restitutionem, si nec expresse, nec implicite praeceperis famulo illationem damni, quod licet, in eadem tuo, et postea recognita approbasti, et ratum habuisti damni illationem? Respondetur negative. Ratio est, quia vera non fuisti causa damni illati, cum tua posterior voluntas, et ratihabitio supponat iam damnum illatum; quia non teneris restituere. Tenereris tamen si tua approbatione, et ratihabitione fuisti causa, ne famulus tuus restituat.

restituat.

Nec obstat regula illa 10 iuris in 6° ratihabitionem retro trahi, et mandato comparari. quia regula haec tantum habet locum in dictis actibus in ipso iure designatis, et in aliis actibus, quorum valor solum pendet ex voluntate ratum habentis. Et ratio est, quia hunc quamvis [illegible] potuerunt sola voluntate ex sua mera ratihabitionis firmari. at vero in ordine ad restitutionem locum non habet, quia obligatio restitutionis debet fundari in vera causalitate, quam non dat, in se ratum damnum, cum ipsum damnum illatum supponatur. imo ut indicat Pater Suarez de censuris disp. 44 sect. 3 n° 28 9° Molina ratum habens homicidium a se non mandatum non est irregularis.

Quaeres XII an teneatur ad restitutionem qui suspicatur suum famulum velle perpetrare homicidium illum, nec tamen prohibeat. Resp. affirmative. quod verum est etiam si postea ratum non habeat homicidium, aut aliud vile damnum illatum. Ratio est, quia ex iustitia tenetur impedire, ne in ipsius nomine patretur facinus, seu inferatur damnum tanquam ab ipsius famulis factum; ergo etc. Cap. 3 de dolente. Cap. 3 b.

De consulente

Sit ma. 3 concl. qui consulit damnum iniustum tenetur ad restitutionem. Probatur, quia est causa efficax damni. ad quod movet executorem illius consilio: at omnis causa efficax damni tenetur ad restitutionem ergo qui consulit damnum iniustum tenetur ad restitutionem. Addo, posse contingere, quod nec consultus peccet, nec teneatur ad restitutionem, et quod teneatur consulens. Ratio est, quia potest contingere quod consultus bona fide iudicans consilium esse iustum inferat damnum, et quod nec retineat rem alienam nec factus sit ditior: tunc in eo casu consultus non tenetur ad restitutionem, et tenetur consulens; ergo potest contingere, quod nec consultus peccet, nec teneatur ad restitutionem, et quod teneatur consulens.

Hinc plures desiderantur quaestiones. Quaeres 1° an dissuadens teneatur ad restitutionem, quando dissuasus jam prius decreverat damnum inferre et dissuasio non movetur ad damnum inferendum? Resp. negative. Ratio est, quia tunc dissuadens non est causa damni illati: et quando non est causa damni non obligatur ad reparationem damni, ergo dissuadens in eo casu non tenetur ad restitutionem. Quod si dissuasus eo consilio moveretur ad damnum inferendum, etiamsi alias paratus esset ad damnificandum, teneretur dissuadens ad restitutionem. Ratio est, quia revera suo consilio tunc influeret in damnum, ac proinde dissuadens esset causa efficax illius, ergo etc.

An 2° teneatur dissuasor ad restituendum, quando dissuasus alias paratus ad damnum inferendum ... illius consilio liberius et libentius damnum exequutus fuit, dubitant authores. Non nulli negant teneri: quibus tamen non assentio, quando dissuadens auget voluntatem, et consilium saltem consulto conferat damnum.

Dico, quia tunc vere influit in damnum; ergo talis dissuasus paratus sit ad damnum inferendum, tenetur ad restitutionem. Propterea eadem ratione tenetur ad restitutionem dissuadens damnum, quod alter exequitur; nam vere influit in damnum, et influeret alter, qui prius dissuasit; ergo tenetur ad restitutionem. Ante 3°, quia influxus alterius consilii alioqui futurus non impedit influxum praesentis consilii, ergo per accidens suo consilio vere influit in damnum. Neque idem dicendum est de exequutore damni, quod alias exequeretur ab altero.

Quaeres 3° an teneatur etiam ad restitutionem dissuasor, quando dissuasus, qui initio consilio non motus fuit, et mox movetur ad damnificandum. Ratio est, quia tunc consilium, quod fuerat inefficax initio, postea efficax effectum, influit in damnum; ergo tunc dissuasor tenetur ad restitutionem. — Nec satisfacit suae obligationi si admoneat dissuasum ut restituat, quando dis-

Consultus admonitus non vult restituere.

Quaeres 2.o an teneatur ad restitutionem consultor, qui revocato consilio conatus est avertere consultum a damno inferendo, non tamen avertit?

Sit 1.a n[ost]ra conclusio: qdo consultor dedit consilium ad manifestandum veritatem, vel illicitum esse celebrare contractum, aut inferre tale damnum, et postea retractavit consilium, et insinuavit consulto, se deceptum fuisse, non tenetur ad restitutionem damni illati a consulto. Ratio est, quia iam consultus sua malitia, et non consilio alterius peccat, seu infert damnum; ergo consultor non tenetur ad reparationem damni. Antecedens probatur, quia ideo peccaret, seu moveretur consilio consultoris, quia consultori fidem fecit, et ex eius consilii veritate operaretur; at si consultor aperiat consulto suum consilium fuisse falsum, iam illud non arbitrabitur verum consultus; ergo consultus non alterius consilio motus, at sua malitia operatur in damno inferendo.

Dices: adhuc post consilium mutatum, et revocatum a consultore illud reputat verum consultus; ergo consultor influit in damnum, ac consequenter tenetur ad restitutionem. — Nego cons. quia si id credat consultus, non credet quia consultor ita sentiat, at quia ipse putat, aut affectat esse verum. Unde ex sua malitia operabitur, et non ob consilii dati authoritatem, hoc enim cum nullam habeat authoritatem post revocationem, nullum habet influxum.

Sit 2.a conclusio, quando consultor dedit consilium ad ostendendum utilitatem consulti; ut si suadeat occisionem Petri ad tuendum honorem, et retractet consilium, et multis conetur oppositum, si tamen non persuadeat, et occisio Petri reipsa ponatur, tenetur ad restitutionem. Probatur, quia licet consultor revocet consilium, non tollit motivum utilitatis, quod proposuit, et a quo movetur consultus, at permanente motivo eodem modo operatur consilium, ac si non esset revocatum; ergo consultor non minus est causa damni, ac esset, si consilium non revocaret; ergo tenetur ad restitutionem. Minor probatur, quia consultus non movetur ad occisionem Petri,

authoritate delendi, et mortuo vilitatis; et hoc non remoto, eodem modo operatur delictum, ac si non esset revocatum, et delator multis intendat persuadere &c.

Hinc oritur alia quaestio: an sit teneatur delator ex iustitia monere Petrum, de quo delevit, ut sibi caveat, quod ostenderit, nihil profuisse revocationem sui delicti, et delatum perseverare in sua iniqua voluntate occidendi Petrum? Respondendum est affirmative. Ratio est, quia sicut in eo casu tenetur delator damnum reparare, si sequatur, ita tenetur damnum impedire, ne sequatur; quod si revocato delicto, nihil proficeat delator, tenetur Petrum monere, ne damnum patiatur.

Dices: mandator, ut supra diximus, non tenetur ex iustitia, et ex sola charitate monere eum, de quo dedit mandatum, quod hoc revocavit, et revocationem intimavit mandatario, etiam si sciat hunc perseverare in sua iniqua voluntate inferendi damnum; ergo nec delator tenetur. Respondetur negando consequentiam. Quia, ut diximus, mandatarius non propter operari nomine mandantis, quod cognoscitur revocato mandato: at delatum operatur nomine proprio motus delicto sibi dato. Ac proinde si ablatio non arentatur, delictum influit in damnum, ad quod impediendum tenetur monere.

Quaeres adhuc IV, an delator, qui revocavit delictum, et monuit eum, de quo delatum, teneatur ad restitutionem, si damnum sequatur? Respondetur negative. Ratio est, quia tunc delator abstulit moraliter vilitatem sui delicti, et impedivit effectum; quod si iste sequatur, nulla ratione imputari potest delatori, nec iste obligari ad restitutionem. Accedit, quod cum delictum non sit causa pure naturalis, ut venenum propinatum, et sagitta emissa, potest per rationem auferri, et per libertatem impediri; et moraliter censetur ablata, et impedita, quod delator fecit quantum debuit, revocando delictum, et monendo eum, de quo delevit, quod erat.

Quaeres denique ultimo, an delator teneatur ad restitutionem, quando rapta habet damnum ave non delictum? Respondetur consentanee ad ea, quae dicta sunt de mandante

demandare n. tenetur. Ratio est, quia voluntas posterior damnum influit in damnum; ergo consultor ratione talis voluntatis non est causa damni; ergo non tenetur ad restitutionem. Tenebitur tamen, si ratihabitione sua faciat ne consultus restituat. Cap. 4. an licitum sit consulere minus malum volenti facere maius?

Cap. 4.

an licitum sit consulere minus malum volenti facere maius?

P. Valentia ... disp. 5 q. 21 puncto 4 docet licitum esse exponere alicui tale obiectum esse minus malum, et quod non illud amplectens vitabit maius malum, non tamen licitum esse inducere illum, aut proprie suadere, quod illud faciat consulendo et petendo ut illud exequatur, atque casum quo alius malum malum perpetraturus sit, idque tradit Silvester verbo matrimonium. Alii vero multi apud Sanchez de matrimonio negant licitum esse consulere minus malum ad vitandum maius.

Sit nunc conclusio: licitum est suadere alicui, et illi consulere ab eoque petere, ut exequatur minus malum, quando alia via non potest avertere ab executione maioris mali, et similiter decernit facere unum ex illis; dummodo tamen executio minoris mali non cedat in detrimentum alterius tertii innocentis. Stant pro hac conclusione Sotus, Cayetanus, Molina, et alii plures, quos refert et sequitur Pater Thomas Sanchez lib. 7 de matrimonio disp. 11. favet aperta huic conclusioni Sanctus Aug. relatus cap. 2 si quid verius 33 quaest. 2 his verbis: si facturus est quod non licet, scortum occidere, vel dimittere, tam faciat adulterium, ut non faciat homicidium.

Probatur conclusio: qui suadens, consulens, et petens minus malum exequi ab eo, qui paratus est facere maius, vel minus, non consulit aliud malum, et avertit à maiori malo: atqui licitum est avertere alium à maiori malo; ergo licitum est suadere alicui, consulere, et ab eo petere ut exequatur,

faceret minus malum, quod firmiter decrevit facere unum ex illis. minima ... indigent peccatione. Maior ... quod qui suadens ... minus malum ei, qui non vult vitare maius, nisi faciendo minus, is suadet ... intendit retrahere suasum a maiori malo, igitur ob suam malitiam admittit minus malum: non enim suadens suadet minus malum quatenus malum, et quatenus avertit a maiori malo; ergo ...

Dico aliter, quod suadens minus malum pro deterrendo ad patrandum maius, et qui alia via revocare nequit a maiori malo, non inducit proximum ad peccatum, et ut minuat peccatum: et inducere proximum ut minuat peccatum, licitum est; ergo licitum est suadere minus malum ei, qui firmiter decrevit patrare maius. Maior ... quod proximus est determinatus firmiter ad faciendum unum e duobus malis, ut supponitur. ergo suadens solum intendit ut minuat malum. Sicut si quis decreverat firmiter occidere et furari, qui suaderet ne committat homicidium, in altera nequeat acquiescere suadenti in minimo malo patrato, culpa enim erit ex sequentibus, non suadentis, qui ab ... dissuadet omne malum, et solum sub ... maioris suadet minus: hoc enim est suadere, ut culpa minuatur, et quod ab aliqua parte culpae desistat, quod quidem obiectum bonum est.

Confirm. quod suasio minoris mali in hoc casu non est absoluta, sed conditionatum saltem implicite, ... nimirum ... aliquod facinus patraturus es firmiter ... ut ... illa regula: ex duobus malis minus est eligendum: quam approbat Divus Gregorius ... est. Excipe Divus Gregorius libro 32 moralium cap. 18: si nullus sine peccato evadendi aditus patet, minora semper eligantur.

Dixi in ... duo ... minus malum non cadat in ... quod licet minus malum ut peccatum, quam homicidium, nihilominus licitum est suadere Petro volenti occidere Ioannem, ut potius peccatum ... tamen si hoc avertatur ab homicidio Ioannis. Ratio est, quod sic suadens est directe causa illius ...

damni, quod 3ª Personæ infert: id enim non inferret, nisi ipse adjuvisset: nec fas est cuiquam prodesse cum alterius detrimento; ergo Etc.

Secundo

Prob. quia illa tertia Persona signata, nempe Petrus, non est causa, ne ipsius damnum consulat, quod in detrimentum majoris alterius vitandi. Quid enim Clandebet Ioanni volenti occidere Ioannem ingenti injuria consulendo consulat, impune, et ipsius brachium ascindat Petri? 2º prob. quia media avertendi aliquem a proposito nocendi debent esse intra justitiae limites, iis qui non praemittunt damnum inferri alteri, vel alterius bono consulat; Vg. furari a divite, ut elargiatur pauperi eleemosynam; ergo Etc.

Addit

3º Navarra, quod si damnum tertii est notabile, damnum vero alterius esset parvum, licitum est inducere aliquem ad inferendum minus damnum etiam si non venisset in mentem. Ratio est quia tunc quilibet pateret, minus damnum, centum non est notabiliter invitus: neque lege charitatis tenetur, illud pati, ut proximus liberetur a majori damno. Vg. si quis velit occidere Petrum propter exiguam pecuniae quantitatem, potest illi consulere, ut furetur a Paulo istam quantitatem, ut hac via avertatur ab homicidio Petri.

Sed opponis

Consulere: lo illud peccatum, quod consulitur, suadetur, Etc. sit minus, adhuc tamen est peccatum: et nunquam est licitum consulere peccatum; ergo non est licitum consulere minus peccatum etiam ad vitandum majus. Prob. consequentia, quia non est licitum consulere bonum, et vitare malum per medium, quod est peccatum; ergo Etc. 2º Quia, quod nemini licet consulere, quod non potest facere: et nemo potest licite facere minus peccatum; ergo neque illud consulere.

Resp. Dicimus cum communi sententia negando conseq. quia in consulendo minus peccatum, quatenus peccatum et quatenus avertit a majori peccato, etiam objectum consilii est avertere a majori peccato, quod quidem bonum, et licitum est: quod vero illa, qui avertit, a majori peccato committit minus, ratio illius tribuendum est, qui noluit ab utroque averti, cum posset ab utroque.

conare. sed de fraoz nego maiorem. bene enim potest quis velle minus malum, ut evitet maius, et nequeat facere minus malum ad vitandum maius. Ratio discriminis est, quia faciens minus malum, habet absolutam potestatem evitandi utrumque: volens vero, non habet in sua potestate. Cum a ab utroque malo nequeat avertere unquam alterius animum, conatur avertere a maiori malo.

Opponens 2°: qui eligit minus malum ad vitandum maius, peccat: ergo qui vult ut illud eligat, etiam peccat. Probatur cons. nam idem est obiectum, quod eligit, et quod vult. Negatur antecedens, quia hic est bona consequentia: iste vult minus malum: ergo vult malum: atque velle malum est illicitum; ergo illicitum est velle minus malum. Maiorem, quia esse minus malum non tollit quod sit malum; ergo etc.

Respondeo concesso anti, nego cons. propter discrimen neque ex dictis, quod sit operans potest utrumque vitare, volens vero non. Ad instantiam respondeo, concessa maiori, distinguo minorem: velle malum absolute, et quatenus malum est illicitum, concedo minorem: velle malum ex suppositione, quod maius sit patrandum, et quatenus avertivum est a maiori malo est illicitum, nego minorem. quia sic volens absolute non vult, ut fiat minus malum, sed ut fiat ex suppositione, quod maius malum est patrandum; atque ita non vult absolute malum, sed evitationem maioris mali.

Opponens 3°: non requiritur esse magis perfectum, quod est [illegible] dicti, ut certum in aliis rebus: sed requiritur praecipi minus malum; ergo requiritur velle. — Respondeo 1° concessa maiori, distinguo minorem: requiritur praecipi minus malum absolute, concedo minorem: requiritur conditionate praecipi, et supposita determinatione voluntatis ad maius, nego minorem. quia hoc non ban foret obligatio ad minus malum faciendum, quae ad vitandum maius. 2° respondeo quod licet ex parte praecipientis non possit praecipi minus malum, quando adest potestas ad vitandum utrumque: at supposita iniqua voluntate operantis potest praecipi delictum minoris mali, sive ut alter velit minus malum.

Ex dictis in hoc cap. plana inferuntur. Infert. 1° consulen-
tem minus damnum paratum ad furandum, aut solum maius eidem Persone
inferendum, non teneri ad restitutionem. 2° nec pariter teneri iuvantem
furem, et convehentem rem furto sublatam, ne maius inferat damnum. Ratio
utriusque est, quia uterque consulens, et iuvans rem domini utiliter gerit,
qui proinde nequit esse rationabiliter invitus, et potius debet gratus esse ei,
qui prevalens avertere aggressorem a toto damno, avertit a maiori.
Unde non tenetur ratione iniuste acceptionis, cum non peccaverit, neque etiam
ratione rei acceptae, quod nulla ratione tenetur ad restitutionem.

Idem dicendum est
de offerente mutuum ad minus damnum paratum ad maius. Sic adversa-
rium exercendum, quia parit locupletari, ut sic abstineat a morte
alioquin inferenda, et divitias acquirat ei, ex quo celebrat contractus
usurarios. Ratio est, quia sic consulens utiliter gerit negotium. Ei. Pretium habere
solum est non vitare usurie peccatum, et scandalum passivum, quod ex declaratione
minoris mali facta ab offerente, alter incurreret.

Et lex charitatis lege
unusquisque obligetur ad vitandam hanc etiam peccandi occasionem, in eo tamen
casu excusatur necessitate aliud suadente. Imo quamvis non excusaret,
cum peccaret contra charitatem, et non contra iustitiam, non teneretur ad restitutionem. Hic
tamen advertendum nunquam licere inducere complicem ad consortium peccati, ut
ad vitandum adulterium, non licet consulere solutum, ut copiam sui corporis faciat.

3 Infertur
3° consulens minus damnum contra Rempublicam ut gravius ibi caveat, tenetur
ad restitutionem. Ratio est, quia sic consulens est causa damni illati iniuste Reipublicae, ergo te-
netur ad restitutionem. — Dices contra: ergo Pius suadens furi, ut alterius indoctus
bona rapiat, ut sua ita defendat, peccaret contra iustitiam: et teneretur ad resti-
tutionem. Negat sequelam Pater Sanchez, quia Pius ita dicens: relinque me
quia pauper sum, non deficient tibi divites, a quibus furari possis, iuvaris.
nullius damnum consulit, et proprium removet: neque Pius divitem alios di-

dubitet esse, a quo furari possit, dimet aliquam compensationem. Neque furari statuisset de aliis cogitaret, petenti id non sciente, et ab illis furaretur.

Infertur IV. volentem furari aequalis valoris parato ad aequale non teneri ad restitutionem. Ita P. Sanchez. Ratio est quia ipsius voluntas nihil operatur quam malam mutationem damni in aequale. Addit P. ipse Sanchez sic volentem peccare, quia voluntas et electio aequalis mali nullam habet rationem boni, quae honestet; ergo obiectum voluntatis malum est. Nihilominus cum aliis indico, eiusmodi voluntatem non esse positive malam, cum non alia, tum sub conditione deberet ad furandum, volit rem aliquam aequalis valoris auferri, quod non tamen indicare positive ad furtum, quam aueterre a furto alterius rei.

Casus 5 de consentiente in damnum alterius. Caput 5.

De Consentiente in damnum alterius.

Si mandato, quinque modis, consilio, calculo, suffragio influit in damnum alterius, tenetur ad restitutionem. Ratio, quia est causa damni alterius. Unde infertur principes consentientes in bellum iniustum, iudices in (?) iniquam, et electores ad iniustam officii collationem teneri ad restitutionem.

Quaeres 1º an ferentes suffragia ad damnum alterius postquam priora sufficiunt ad eiusmodi damnum inferendum, teneantur ad restitutionem. Respondetur non teneri, etsi peccaverint contra iustitiam. Ratio est, quia priores suffragatores causant damnum; posteriores vero non causant, cum id supponant causatum per priora suffragia sufficientia; ergo posteriores non tenentur ad restitutionem. Si vero ipse sit, quod priores suffragatores revocent sua suffragia, videntes posteriores vota sibi adversari, et posteriores tunc una cum prioribus iniuste suffragantur, tenentur ad restitutionem. Ratio est, quia tunc non supponitur damnum causatum, sed suspensum, et veluti dependens a posterioribus suffragatoribus; ergo isti hoc videntes, et una cum prioribus suffra-

gantes, influunt in damnum: ergo tenentur ad illius reparationem. q

Quaeres 2°, an teneatur ad restitutionem, qui iniuste suffragatur, quando eius suffragio non praecedente, sequerentur suffragia sufficientia ad damnum sine suo suffragio? Resp. affirmative. Nam qui ita suffragatus est, concurrit vere ad damnum iniustum: ergo tenetur ad restitutionem. Nec excusatur ex eo, quod damnum causandum fuerat etiam sine suo voto. Ratio est, quia reliquorum vota non impedit influxum sui prioris voti, nec in causatione damni: ergo non excusatur ex eo, quod damnum causandum fuerat &c.

Quaeres 3°, an teneantur ad restitutionem renuntiantes, seu nolentes suffragium ferre, quando ex omissione suffragiorum sequitur damnum iniustum. Resp. distinguendo. Si 1° Electores, qui habent ius suffragandi ratione privilegii, et non ratione officii, ut olim habebant Scholastici Salmanticenses ad conferendas cathedras, possunt sine iniustitiae peccato renuntiare, seu nolle suffragari, quamquam ex illius absentia sequatur damnum alterius; atque adeo non tenentur ad reparationem eiusmodi damni. Ratio est, quia potest non uti suo privilegio, et cum nullus fuerit pactus aut receperit officium, cui incumbit ut omnino suffragandi, potest non suffragari sine iniustitia, et sine suffragio acquiescere quem alii elegerint; ergo &c.

Si 2° Electores, qui ratione officii suffragaturi sunt ut Cardinales, Senatores, regii Consiliarii &c. tenentur ex iustitia adesse comitiis et suffragium ferre; atque adeo si ex omissione suffragii sequatur aliquod damnum, tenentur ad restitutionem. Ratio est, quia unicuique illorum incumbit ex officio impedire damnum, quod ex omissione sui suffragii, praevalentibus iniustis votis, secuturum supponitur; ergo qui ratione officii suffragaturus est, non potest nolle suffragari, seu renuntiare &c.

Et hoc 3°, limitandum est, dummodo nulla adsit causa legitima non suffragandi; causa autem legitima multiplex esse potest. Ut est infirmitas, ob quam adesse nequeat.

2a absentia necia ad alia negotia, quam ... in fraudem suffragii. 3a, si ob ... absentia non timeat ... modo graue in electione.
4a, si contradicter, se eius suffragium ferente ... iniuste ... excludendi, eiusque suo suffragio ... et ... ... causa ... admittenda, quando non est spes impediendi damnum, aut ... damnum graue sibi timet suffragator.

Si vero sit spes impediendi damnum, non potest abesse, et tenetur obloqui, aperire veritatem, eoque suffragium ferre. Ratio prioris partis est, quia ... obligat, ... implere debitum, et impedire damnum iniustum: et quod ... ex ... excludendi iniuste, ... implere debitum, et impedire damnum iniustum; ergo. Ratio posterioris ... iustitia tenetur facere quantum potest ad impediendum damnum alterius; ergo.

Cauendum ... officio ... suffragandi, ne sint pusillanimes, et ob pusillanimitatem, aut timorem ... inutiliter ... diligentia, et eloquentia: ... ut ... in ... obloquentis ... suffragia ... et alii insuper ... suffragium ... aliqui ... suffragari. Hinc ... admittunt hanc ... docentes suffragatores semper adesse debere, obloqui, aperire veritatem, eoque ferre suffragium.

Quaeres 4o an qui ex priuilegio suffragatus fuit indigno, qui ... non obtinuit cathedram, aut officium ..., et alius, teneatur ad restitutionem faciendam digno? Respondetur negatiue. Ratio est, quia positiue non intulit damnum digno; ergo non tenetur quidquam restituere digno. Antecedens probatur, quia suffragium suum non fuit utile indigno; ergo positiue non intulit damnum digno. Confirmatur, quia ex eo, quod suffragatus non ... digno, non ... nocuem ... intulit, quia si ... non suffragaretur, et si suffragaretur, non inferret positiue damnum digno: ergo ...

... est inutiliter suffragari, ac non suffragari: et qui suffragatur ex priui-

ex privilegio non tenetur restituere, si non suffragetur; quia qui suffragatur, ex privilegio non tenetur restituere si inutiliter suffragetur. Suffragari a indigno, cum inutile fuit suffragium, e inutiliter suffragari; ergo etc.

Addunt tamen dicendum

e peccare contra iustitiam suffragantem indigno. Ratio e, quia se exponit periculo promovendi indignum. Refertur, quia licet posset non suffragari sine iniustitia, ex suppositione tamen, quod velit suffragari, tenetur ex iustitia generali facere per leges iustitiae. Caput 6. De palpante, et receptante.

Caput 6.

De palpante, et receptante.

Sit prima conclusio. Palpo, sive adulator, qui laudibus movet alterum ad damnum inferendum tenetur ad restitutionem; quia est causa eiusmodi damni; ergo etc. Idem dicendum e de murmurante, exprobrante, deridente etc. illum, qui non vellet inferre alteri, qui non occiderit etc., si approbavit[?] prudens moveat ad ulciscendum, occidendum etc. Ratio e, quia exprobrans, deridens etc. est causa eiusmodi damni; ergo tenentur ad restitutionem. Si vero adulator solum lippis[?] inducit damnificatorum, non tenetur ad restitutionem, quia non movit, nec fuit causa efficax damni.

Sit 2a conclusio, qui in ferendo[?] quosque[?] super receptat illum receptat, illius furta, aut ipsa occultat, vel emendo rapinas fovet, tenetur ad restitutionem; quia talis est causa efficax damni; ergo etc. Huc revocatur advocatus, et procurator latronum in tribunali defendens, quando defensio e iniusta; secus vero quando licite potest defendere latro.

Unde infertur 1o cum Patre Laiman, et cum Bonazina non teneri ad restitutionem eum qui post delictum ipsum patratum invitatur ad fugiendum, ne capiatur a litoribus, dummodo non dedit illi opportunitatem[?] fugiendi in posterum[?] ... quia non e causa efficax damni ... quia reo licet fugere, ad id enim licet invitare ... alterum promovere eum fugam.

Sed dices: si fur n. capiat, a litoribus n. restituet: q. iuvans furem ad fugiendum a ca. restitutionis. Resp. Dansvanti, distinguendo. coeius: e ca. ff accessory n. restitutionis, Dcedo. cog. e ca. n. restitutionis ff se, nego cog. q. a furi intentionis iuvantis, et sic pacem e, quod n. fiat restitutio. Propterea eadem ratione tevolense occidere Petrum, q. nollem sibi solvere debitum, possem ego defendere Petrum, et agnosco debitum postea n. ee sibi solvendum; q. nullus iis ad occidendum Petrum, et Petrus iis ad defensionem a me collatam.

Inferes 1.º si fur re, et re furto ablatam defert domum amici, ut fugiat satelites, et se liberet a morte, amicus tenet. res oes illas reddere domino n. declarato fure: quod si ex illa restitutione timeat damnum, pot. eas restituere ff alium.

Inferes 3.º herus obligari ad restituenda damna a suis famulis illata, eo quod sciant eorum pot. quod intelligendum e, dum ipsi vivant, et dissimulent delicta.

Hic quaeres 1.º an teneat restituere qui obgravem metum incussum a fure, illum domo recepit? Resp. negative. Rao e, q. ad hoc refugium n. sit iniustitiae malum, pot. gravissima causa excusare receptionem et a peccato, et a restitutione. Unde Sanchez in multis excusat, a peccato, et a censura Xpiani receptantes ex gravissimo metu damni remigantes in Anaclis Xpianorum.

Quaeres 2.º an teneant restituere caupones, et alii receptantes in domo sua ad ludendum, et epulandum filios familias, et alios incantes pecunias, et res alienas. Sit 1.º dico, caupo recipiens aliquid gratis a filiis familias &c. tenet. id restituere domino. Rao e, q. dominium rei acceptae a filiis familias semper manet apud dominum &c. idem dicendum e de re accepta in predia abeundum. Tunc enim tenet. restituere ratione rei acceptae, et ratione iniusta accep-

to acceptionis. Hoc t[ame]n doct[or] limitat, nisi excusetur ex praesumpta voluntate domini, cui non displiceat alienatio rei sue facta à filio, n[on] solet curare de restitutione.

Sit 2ª Conclusio, campo pot[est] res acceptas à filiis familias et aliis expendentibus res alienas eisdem restituere, ut ab eisdem seruetur indemnis in aliis bonis, quorum habent dominium, si rebus illis domino restitutis n[on] sit futurus indemnis. Haec conclusio satis constat ex superius dictis, quod restitutio licite facienda fuit ad recuperandum proprium persolutum.

Sit 3ª Conclusio, qui tantum exhibuit mensas, chartas, et candelas ad ludendum, etiamsi nil acceperit tenetur ad restitutionem. Ratio est, quia cooperatur ad damnum quod ludens illaturus domino rerum: ergo etc. Haec conclusio intelligitur quando lucrantes et ludentes non restituunt. Et nisi forte interueniat aliqua causa realis excusans, ut diximus posse interuenire in locante domum venario.

Atque idem dicendum est, quando solum permittit ludos cognoscens illos domum suam esse ingressos, quos si non eliciat, non tenebitur restituere. Ratio est, quia non tenetur ex iustitia impedire ludum; ergo etc.

Caput de participante.

Caput 13

De participante

Sit unica Conclusio participans (sub cuius nomine comprehenditur quisquis cooperatur ad alterius damnum quouis alio modo positiuo supra quinque saepe enumeratos) in actione intrinsece mala, et iniusti damni illatiua, ut homicidio, peccat contra iustitiam, tenetur quod ad restitutionem. Ratio est quia nulla causa potest honestare eiusmodi actiones, ergo nulla causa pot[est] excusare a peccato iniustitiae, et obligatione restituendi participantes in eiusmodi actionibus.

Unde infertur 1º. peccare captiuos

Christianos, si humanam carnem mortem alioqui minantis admoveant igne Bombardis, tormenta bellica, ferreasque pilas explodant oppugnaturas Christianos. Peccare 2° pariter milites in bello iniusto occidentes, l[vel] fidati. 3° famulus, qui defert scripta ad duellum provocantia, et verba dictata. Ratio horum omnium est, quia haec sunt intrinsece mala, quae nulla ratione honestari, excusari ve à peccato possunt; ergo.

§ 4 2°

Dico, qui participat in actione indifferenti, tametsi ex iniqua intentione agentis ordinata ad inferendum damnum, quod tamen non intendit participans, et habet iustam causam exercendi illam operationem, non peccat, nec tenetur ad restitutionem. Ratio est, quia deficiente prava intentione, ut docet Communis ratio apud Sanchez tomo 1° in decalogum cap. 7°, si adest causa sufficiens, qualiscumque metus, non est illicitum in his actionibus indifferentibus participare; ac proinde non est iniustum, nec obligat ad restitutionem, quodcumque sit alterius periculum. Si vero hanc sufficientem causam non habet, et si intendat damnum, peccat, tenetur et restituere. Ratio est, quia tunc actio est iniusta, sive actio prava in materia iustitiae, fundansque obligationem restituendi.

Hic quaeres, an, qui bona fide participavit in re ablata, quam consumpsit, teneatur restituere? Resp. dumtaxat teneri restituere id, in quo factus est locupletior, l[vel] quod extat, si forte alliquid extet. Quod si mala fide participavit, l[vel] fuit causa iniusta partis auferendae, tenetur restituere eiusmodi partem, et quidquid insumpsit, si totum quod insumpsit mala fide accepit. Unde invitatus si comedas ex cibis furtivis tenearis restituere solam partem, quam consumpsisti, cum nullo modo fueris totius damni causa. Cap. 8 de muto non obstante, et non manifestante.

Caput VIII. 3.

De muto non obstante, et non manifestante.

Item nec ē, quae privatione dummodo reparant ad damnum alterius nomine non impediendi, o offendimus, & sub hoc nomine de ibus loquimur in hoc casu. Sit ergo nota: conclusio: causa non impediens damnum sine ratione sufficienti, quando illud tenetur impedire ratione officii, l. contractus, tenetur ad restitutionem. Ratio est, quia causa non impediens facit contra iustitiam, et censetur moraliter causa damni, et censetur causa positive influens in damnum; ergo tenetur ad restitutionem.

Dixi sine ratione sufficienti, quia si nullus cog... habeat non impediendi, nempe metum mortis, detrimenti reipublicae, aut aliud grave sui periculum, non tenetur restituere eo non impediens. Ratio est, quia tunc non violat iustitiam, ergo non datur obligatio restituendi.

Unde infertur, principes, magistratus, belli duces teneri ad restitutionem damnorum, quae a feris, latronibus, et militibus ob ipsorum culpabilem negligentiam fiunt. Item principes et domini territoriorum scientes vias publicas infestari praedonibus, et eos permittunt non impediens, teneri restituere mercatoribus, et ipsis viatoribus damna quae ab illis accipiunt. Item ordinarios, canonicos, tacentes, absentantes se, non impedientes iniustam institutionem l. electionem. Item medicos, procuratores, tutores, et bonorum administratores non impedientes damna infirmis, pupillis, minoribus, ceteris. Denique custodes montium, sylvarum, agrorum, vinearum, piscinarum etc., qui damna non impedientes l. facta non manifestantes. Ratio est, quia hi omnes ex officio tenentur damna impedire, l. ex stipendio etc. Ergo etc.

Ubi notatis supra dictos non teneri impedire damna privatorum cum suo magno nocumento vitae, honoris, aut rei familiaris; teneri tamen etiam cum vitae periculo impedire gravia Reipublicae aut communitatis damna, sive ea sint spiritualia, vel haeresis. Ratio est, quia ad haec vitanda assumuntur ad dignitates et officia publica.

Licet milites teneantur ad resarcienda damna ex co

ex eo quenientia, quod stating deberent, et si defendant arce, qui ex officio, aut dinaim defendere debent, ex iis cito periculo. Rão ē, q. ad 1.m periculy hr stipendio dedicti: g. V. Hoc tn intelligo ē si spes sit, ut defendendo arce separaleant Dehoriy, q. si spes nullacio sit, n tenent, certy mortis subire.

Infeces 2.o tem terani ad restituog si rogatus à Seine amico, annoueat, vbi sint res furto ablatae, ilam videris furg, flo rerum, tenetl reuelare, etuidire. Rão ē, q. n tenetur ex iustitia reuelare furty facty, l impedire faciendy: g. V.

Infeces 3.o tem teneri ad restituog, si alteri suadeat, ne impediret furty, l damny faciendy. Po 2.a, quando alter ex charitate, et n ex iustitia obligade vult furty, l damny impedire. Rão ē, q. ita suadens n magis peccat, nec magis tenetur, quy alter si ponte sua n impediens illud furty, l damny: et alter n impediens n peccat D.a iustitiz, nec tenet restituere; g. nec hic tenetur. Peccabis tn, D.a iustitiz, et iij onera restituendi, si vi, aut fraude impedias, aut suadeas alteri, ne impediat illud damny. Rão ē, q. a Pug hetnij, ne stranis vi, aut fraude in aliud damny.

Quares hic, an teneatis restituere Ioanni damny ei illaty à fure, si fur det tibi partj dein bonis, ne reclames, et impedias damny? Duplex ē Doctorey sa. Affirmant Navarra, et Lessius. Rão ē, q. tu et positiua dederis aliando furg actu positiuo externo accipiendi pretium quo videris, i. po pendisse fuai securitati: g. teneris restituere Ioanni. Negant tn Philosophi, et Lugo, q. dico ex iustitia n teneris reclamare, et impedire damny. Rão ē, q. ppter illas pecunias ppteras n reclamare absq iniustitia, et obligade restituendi; g. illicite sine iniustitia, et obligade restituendi potes n reclamare ppter pecuniy. Con g. q. hoc n mores vincy, et aiy addaut fuis, quy si acquiescere pecuniy: g. V.a Nequidet, ē cad.a iustitia aliaq fuis dicitur in iu prenioq erroris, quy

quae in utero ex iustitia tenebaris. Consentio huic

Quaeres

2.° an in eo casu tenearis restituere fructus pretii accepti pro tuo silentio. Negat Cr. Sebastij. Sed ego aliis respondeo cum distinctione.

Sit 1.a distinctio, si fur tibi donavit pretium, ut taceres de furto, tunc non obligaris restituere pretium. Ratio est, quia fuit absoluta donatio; ergo sicut foemina potest retinere munera ab adulterio donata ad alliciendum ad copulam, etiamsi non donaret, si crederet foeminam esse repulsuram fuisse.

Sit 2.a distinctio, si fur dedit pretium cum pacto, ut non manifestes delictum et delinquentem, teneris restituere pretium acceptum fur. Ratio est, quia id, quod acceptum pro peccato faciendo nequit licite retineri: atqui tale pretium tunc est acceptum pro peccato faciendo, nempe pro occultando furto, quod ex charitate teneris revelare; ergo tale pretium nequis licite retinere. Maior inde probatur, quia medium participat malitiam finis; ergo retinere pretium tunc pro illo fine malo illicitum est. Teneris ergo dissolvere pactum restituendo pretium ut leges obligant satisfacere. Idem dicendum est de meretrice accipiente pretium pro copia sui corporis in futurum faciendo.

Infertur 4. non teneri ad restitutionem famulum non impedientem furtum rerum sui domini, quae non sunt suae custodiae commissae; teneri vero, si specialiter illi tradita est clavis, seu custodia domus, aut officina. Ratio est, quia in priori casu non tenetur damnum impedire ex iustitia; tenetur vero in 2.°. Quaestio V, an qui ita influit sua cooperatione in damnum proximi, quod aliunde fieret, teneatur ad restitutionem.

Quaestio V.

an qui ita influit sua cooperatione in damnum proximi, quod aliunde fieret, teneatur ad restitutionem.

Sit ma[ior]: Ille qui sua cooperatione ita influit in damnum alterius, quod aliunde sine tali influxu fieret, tenetur ad reparationem damni. Atqui qui ita influit in damnum alterius est vera causa damni: et vera causa damni proximi tenetur ad illius reparationem; ergo qui ita influit tenetur ad reparationem damni proximi. Maior probatur, quia est vera causa alicuius effectus est vere producere effectum, quidquid sit, an eo deficiente fiat, vel non fiat effectus, an aliae causae simul influant, vel non influant: et qui ita influit in damnum proximi, ut eius influxu deficiente, nihilominus fieret damnum, vere influit in damnum; ergo qui ita influit in damnum est vera causa damni.

Confirmatur et explicatur, illa est vera causa ignis vel digiti quae producit ignem &c. quamvis naturaliter, aut supernaturaliter alia causa simul concurrat, vel sola produceret ignem &c. deficiente priori causa; ergo &c. Similiter quando duo motiva adsunt ita concurrunt ad effectum, ut altero deficiente, fieret effectus ab altero, ut si adeas Romam visitaturus limina Apostolorum, et curiose visurus illam urbem, quodlibet illorum motivorum esset verum et motivum. Tum per ea quando duo sacerdotes eandem hostiam consecrant, ut accidit recens ordinatis consecrantibus simul cum Episcopo, ita singuli consecrant, ut altero non consecrante, hostia consecraretur; ergo qui ita influit in damnum, ut suo influxu deficiente, aliunde damnum fieret, est vere causa damni, ac proinde tenetur ad restitutionem.

Sed dices: res ab alio statim auferenda, vel destruenda non tanti aestimatur; ergo qui aufert, vel destruit rem ab alio statim auferendam, vel destruendam, aut una cum alio ad illius furtum, vel destructionem concurrit, non est absolute obligatus ad restituendum, vel saltem non est obligatus ad integrum rei valorem restituendum. Patet, negando antecedens, quia rei valor non decrescit ex malitia furis, eam ablaturi. Unde qui res aufert, vel destruit, cum vere sit causa ablationis, et destructionis, restituet

obligatio restituendi, quam alter subiverat, quando postea damnum inferret. Patet, quia ex non obligatione restituendi eum, qui rem abstulit, vel destruxit ab alio postea auferendam, vel destruendam, sequeretur nullius damnificatoris obligatio; quia hac ratione de eo ille teneretur restituere.

Ex deduce

infero 1°, si revelo delictum occultum proximi, quod cognovi postea ab aliis publicandum, te esse obligatum ad restitutionem. Ratio est, quia revera noces proximo. Tua enim delicti occulti manifestatione proximum privabis iure ad restitutionem famae exigendam ab aliis. Quia alii sine onere restituendi evulgant delictum a te iam divulgatum, quod tamen antea efficere non poterant.

Infero 2°, si duo dictitant damnum proximi, quorum dictio motum excitat id inferendi, utrumque teneri ad restitutionem, tametsi damnum fieret aliunde altero non dictitante. Ratio est, quia uterque consultor influit in damnum; ergo uterque tenetur ad restitutionem. Infero 3° teneri ad restitutionem qui excubias facit, dum sua efficit furtum, ut moneat, si quis forte superveniret, etiam si nemo supervenerit, nec furem monuerit, et quamvis ab illo non accepta cura monendi, furtum faceret. Ratio est, quia ea cura, et vigilantia confirmat furem, et facit audacem; ac proinde in furtum influit; ergo tenetur ad restitutionem.

Quaeres, an qui suo dictio movet damnificatorem ad id anticipandum damnum, et non ad ipsum damnum subitum, teneatur ad restitutionem. Sic, qui movet ad faciendum hodie furtum, quod quis meditabatur, etiam post quatuor dies facere, non teneri, quando praecise movet ad anticipationem, et haec non est damnosa domino; teneri vero, si acceleratio inferat damnum, vel spes sit, ut damnificator mutet propositum, et damnum dilatum impediatur. Ratio prioris partis est, quia tunc dictiens solum influit in anticipationem nocendi domino. Ratio posterioris partis est, quia quando acceleratio est damnosa domino, dictiens vere influit in damnum, et est ea damnum ex acceleratione domino proveniente, et quando spes est, ut damnificator resipiscat, influit in e[...]-

ipsum damnum, ad id q. debeat, ergo &c.ª Quaestio 6ª an qui dubitat an sua certa cooperatio influxerit in damnum, teneatur restituere?

quaestio. VIª.

an qui dubitat, an sua certa cooperatio influxerit in damnum teneatur restituere?

Sit nostra conclusio: qui fecit actionem, de qua dubitat, an influxerit in damnum proximi, tenetur restituere. Ergo qui voluit furtum, vel homicidium, dubitat tamen an suum consilium moverit executorem ad furandum, vel homicidium patrandum, tenetur ad restitutionem furti, vel homicidii. Ita Pater Sanchez libro 2º de matrimonio disputatione 41 numero 13, et libro 1º in decalogum capite 10 numero 44 cum Patre Molina. Probatur, quia in eo casu possessio non stat pro libertate, ut contendunt Doctores oppositi; sed pro actione iniusta certo posita: sed dum possessio stat pro actione iniusta, tenetur iniustus damnificator reparare damnum; ergo in casu conclusionis tenetur dubius damnificator ad restitutionem.

I.

Maior est certa, quia dum exstat actio iniusta et apposita ad causandum effectum, quem ex natura sua solet causare similibus actibus, possessio stat pro actione iniusta, quam propterea praesumitur damnum inferendum non fuisse absque consilio dato, nisi oppositum suadeant coniecturae probabiles, quales censentur quod appareat sit inimicus damnificati, vel quod minitatus illi fuerit mortem: ergo &c.ª Minor probatur, quia dum stat possessio pro actione iniusta, ut liber sit ab obligatione restituendi, qui eam posuit, debet probare, aut saltem esse illam fuisse inutilem: ergo &c.ª

2º, quia ut bene docet Pater Sanchez capite 10 in decalogum, pro illo stat possessio, pro quo stat iuris praesumptio: sed iuris praesumptio stat pro damno causato a cooperatione dubitantis, ergo possessio non stat pro libertate; atque inde tenetur restituere qui dubitat, an certa sua cooperatio influxerit in damnum alterius. Minor, quia iuris praesumitur fore ut executor sine consilio illum moveretur, ut iuris periti sentiunt, quos refert Sanchez; ergo &c.ª

Confirmatur, quia possessio

ponere eq inuitq damni, dequa dubitat an influxerit in dam-
num, Ð paratur insipienti eq paridere dubia fide: et hic, ut sup.
diximus, pertinenter dubio tenet restituere pro ratione dubii quo ille sibi ten-
detur restituere. Ð 2° qui obi[illegible] alterutrum ponentem eq sufficien-
ter damnificasse et ignorat quinam de hac damnum intulerit, sin-
guli tenentur restituere pro ratione dubii. 8 2 1 8 &c.

Ð[illegible] intelligitur etiam de foro
interno Ðuis ex eainfat obligao restituendi etiam in foro inter-
no. Ratio est, quia forum internum et externum non sunt diversa, nisi quan-
do externum fundatur in presumptione, et internum cognoscit veritatem:
et in casu questionis dubium procedit in utroque: quo in utroque foro est obli-
gatio restituendi.

Ex dictis patet solutio ad fundamentum oppositae sententiae negativae
quam sequitur Navarra lib. 3 cap. 4, Rebelus, Enriquez, et Diana.
fundamentum autem est, quia in hoc dubio melior est conditio possidentis: et liberum po-
nitur, quo in talli dubio presumendum est non secutum fuisse damnum ex co-
operatione dubitantis. Neganda ergo est minor propter rationes adductas
in probatione conclusionis. Quo an singuli cooperatores teneantur in soli-
dum ad restitutionem damni. cap. 13. resolvitur quo questio.

an singuli cooperatores teneantur in solidum ad restitutionem damni?

Caput. 13

Resolvitur questio.

Dupliciter possunt cooperatores damni
ad illud Ðurrere. 1° partialiter partialitate effectus, aut dam-
ni, quia illi singuli non causant totum damnum, et solum partem damni.
2° partialiter sola partialitate causae, quia licet unusquisque causet totum
damnum, non tamen influxu sufficienti se solo ad ponendum totum damnum.
Quod adhuc dupliciter potest contingere. 1° ita ut influxus attingens
totum effectum talis sit, ut adhuc illo non posito, sequeretur totum dam-
num. 2° ita ut influxus attingens totum damnum talis sit, ut sine

non cooperaret, damnum totum impediret. quod suppo.

Sit 3o Dictum, quicumque cooperatur, seu influit partialiter in damnum partialitate damni, tenetur restituere solum partem damni, quam causat. Probatur, quia obligatio restituendi in damnificatore nascitur ex influxu in damnum iniusto: at influxus solum est in partem damni; ergo obligatio restituendi solum est ad reparationem partis damni. Confirmatur, quia eo ipso, quod obligatio restituendi nascatur ex influxu in damnum, quantitas obligationis nascitur ex quantitate influxus; ac proinde prout magis, minus ve ea influxerit, plus, minus ve tenebitur restituere.

Sit 4o Dictum, quicumque cooperatur, seu partialiter influit in damnum alterius partialitate causae non sufficientis causare, aut non causantis per solum suum influxum totum effectum, sufficientis tamen per substractionem sui influxus totum effectum impedire, tenetur restituere totum damnum. Probatur, quia causa partialiter concurrens ad damnum, et potens per substractionem sui concursus partialis totum damnum impedire est moraliter causa totalis totius damni; ergo tenetur restituere totum damnum. Unde si duo mala asportent ex festuca, quam alteruter solus asportare non valet, singuli tenentur in integrum ad restitutionem, quia a singuli sunt causa partialis, cuius quaelibet quae est in ea, quare totum pondus illud subripiat. Nam altero substrahente suum concursum, cum alter solus ex asportare non posset, furtum nullatenus fieret.

Obiicies, quod illi causae quibus totius effectus, quod possint aliunde aliis requisitis posset ponere, aut impedire totum effectum; at sic se habet causa partialis potens per substractionem sui concursus impedire totum damnum; ergo causae partiali in praesenti proinde ac si esset totalis, potest imputari totum damnum, quia licet sola totum non potuit ponere, potuit tamen sola totum impedire. Et quidem domus rei sublatae et quicunque damnificatus concurrit ueste po-

iuste poterat deumque cooperante in suum damnum, quasi antequam fuisset damnificator, quippe qui solum totum damnum potuit impedire.

Sit 3a Conclusio, causa cooperans in damnum alterius, quae ita est partialis, ut illa non influente fieret totum damnum ab alia causa totaliter influente, non tenetur ad restitutionem totius damni, et solum ad restitutionem partis damni. Ratio est quia causa, quae ita cooperatur in damnum alterius, nec totum damnum causat, nec illud potest impedire, siquidem subtrahente suum concursum, idem damnum fieret ab alia supposita causa totaliter influenti; ergo non tenetur ad restitutionem totius damni, et duntaxat alicuius partis. Caput 2um, variae illationes.

Caput. 2um.

Variae illationes.

Ex doctrina praecedentium conclusionum infertur 1o, si duo latrones simul percutiant letaliter Joannem, singulos teneri ad totum damnum restituendum. Ratio est, quia singuli influxerunt totaliter in homicidium Joannis; ergo singuli tenentur ad restitutionem totius damni. Antecedens patet, quia singulorum percussio fuit causa sufficiens ad inferendum homicidium Ioannis. Idem dicendum est de pluribus consulentibus homicidium, aut aliud damnum, quando exequtor sufficienter movetur singulorum consilio ad occidendum, aut damnificandum.

Infertur 2o, milites gregarios duntaxat teneri ad reparandam partem damni, cuius ipse causa fuit in bello iniusto; non tamen ad totum damnum in bello iniusto illatum. Ratio est, quia influxit tantum partialiter, solum ad partem damni: et in eius potestate non fuit impedire totum damnum.

Sed dices ex P. Molina disp. 734: singuli milites concurrunt etiam ad damna illata ab aliis; ergo singuli tenentur ad reparationem damni illati a se, et ab aliis. Antecedens patet, quia singuli seorsim non auderent tantum facinus patrare;

§. 6.

Secundo (?) contra Molina negado cons. quod possunt ex benignitate condonare, quibus damnum illatum est, illos nolle, ut singuli milites ad totum damnum, et ad partem teneantur, nisi imperator, aut totius exercitus praefectus sint, qui ut tales eam influxum per totum exercitum habebit ad totum damnum a toto exercitu factum. Tribuni vero, et ceteri duces exercitus magis, minusve obligati pro maiori, vel minori auctoritate in cohortes.

Moraliter recensens negado ans. quod singulis non concurrentibus, damnum fieret a reliquis, et in nullius singularis militis manu est impedire totum damnum. Adversus [illegible] cedo ans. et nego cons. quod licet singuli sine sociis non auderent [illegible] faciunt, audient tamen sine hoc socio, a quo non ita moventur, ut non moverent, ipso non concurrente. Plurimi enim ignorant istum talem militem existentem in exercitu. Quo circa singuli non tam moventur a singulis, quam a toto exercitu in confuso; ac proinde uniuscuiusque influxus in damnum ab aliis illatum adeo debilis censetur, ut moraliter censeatur non influere. Obhanc [illegible] excusantur singuli ab restitutione totius damni.

Infertur 3.º singulos suffragantes iniuste teneri in solidum restituere, quando non praecesserunt suffragia sufficientia. Ratio est, quia licet unusquisque non poterat solus totum damnum, poterat tamen solus totum impedire. Nam unoquoque non suffragante totum damnum impediretur, ergo singuli causant totum damnum, ac proinde tenentur ad restitutionem in solidum.

Dixi quando non praecesserunt suffragia sufficientia ad damnum. Nam qui iniuste suffragatur post suffragia sufficientia non causat damnum, sed supponit causatum a prioribus, et ideo priores suffragatores, et non posterior tenentur ad restitutionem.

Infertur 4.º cooperantes principales damni teneri in solidum ad restituendum, tametsi alii instrumentali non damnificaverint. Ratio est, quia causa principali movente movetur ins-

incurrantis, et cum principaliter moveat, nec movetur quia principaliter influat moraliter adeoque in effectum; ac proinde tenetur in solidum ad restitutionem.

I.

fieri 5° conspiratores in Urbe ad damna privata singulos fere semper teneri in solidum ad restituendum. Nam singuli sunt fere semper causa totalis totius damni, vel quia singuli sufficienter movent suo auxilio reliquos, vel quia dissentientes possunt totum damnum impedire. q°

8° quo ordine teneantur ad restitutionem damni cooperantes ad illud?

Caput 1um resolvitur quaestio.

quaestio VIII.

quo ordine teneantur ad restitutionem damni cooperatores ad illud?

Caput I.um

Resolvitur quaestio.

Sit 1a Conclusio, inter causas positivas et negativas tenentur 1° loco restituere positivae, et 2° loco negativae. Ratio est, quia positivae vere influunt in damnum, negativae vero non influunt vere, et tantum omittunt impedire, cum impedire tenerentur. Sicut ergo causa positiva restituente negativa nemini tenetur restituere, ita ante restitutionem non 1° loco obligata.

Sit 2a Conclusio ex causis positivis concurrentibus in damnum lucrativum, quo sit immediate damnificator seu executor damni aliquid lucratus, tenetur 1° loco ad restitutionem eam, aliquid quod existit res aliena, aut ejus pretium, quo facta est ditior. Ratio est, quia res aliena clamat domino ut ipsi restituatur, ergo ipsa in se extans restituenda est domino a quocunque illam habente. Et etiam, quia recta ratio exigit ut qui sensit lucrum, sentiat et damnum. Similiter si res consumpta sit, et ex ea causa facta est locupletior, hoc est in esse, vel fructu; ergo 1° loco tenetur eam restituere.

Limitatur conclusio quoad 2am partem, quando consumpta rei alienae id fuit ex mandato alterius. quia tunc mandator ipse succedit

onus servandi indemnem mandatarium ab obligatione restituendi; atque inde ipse mandator tenetur 1° loco restituere.

Sit 3ᵃ conclusio, causa principalis physica et moralis damni non lucrativi, quoniam si damnificator nihil sibi lucratur, et tamen damnificat, tenetur 1° loco restituere ante causas instrumentales et executivas damni. Ratio est, quia sicut causa instrumentalis infert damnum mota a principali, ita non aliter tenetur ad restitutionem, quam deficiente restitutione causae principalis.

Unde mandans, quamvis non sit superior, et cogens alium, inducens auctoritate, minis, aut consiliis, ut eius nomine damnum exequatur, tenentur 1° loco restituere. Ratio est, quia sunt causae principales damni; atque inde volunt totum onus restituendi in se suscipere, ex quorum voluntate videtur acceptare executor, qui tanquam minister, et instrumentum eorum suscipit executionem damni. Quod verum est, etiamsi executor damni moveatur stipendio sibi petito, et parum esset inclinatus ad illud damnum inferendum, inferatque ex odio in personam damnificati.

Sit 4ᵃ conclusio, causa physica immediate damnificans, seu executiva, quae damnum infert proprio nomine, et non tanquam instrumentum alterius causae, tenetur 1° loco restituere. Patet, nam qui damnum exequitur proprio nomine instrumentum consilio alterius vult tanquam causa principalis operari, et in se totum restituendi onus suscipere, ergo tenetur 1° loco restituere. Unde suadens, et consulens non tenentur restituere nisi in defectum aggressoris, quia solum secundario causant damnum: sicut qui arma ministrat aggressori secundario, et accessorie influit in facinus ab illo patratum.

Excipitur 1° aggressor damni, dolo, vel fraude ab alio inductus. Nam inducens alium dolo, aut fraude ad inferendum nocumentum alteri tenetur 1° loco restituere. Ratio est, quia facit iniuriam aggressori, et inique eum ducit in obligationem reparandi damnum: ergo tenetur indem-

damnu servare aggressam; quia tenet. 2º loco restituere.

Sit V

Dico: ceteri ex positivis, qui neutro ex duobus modis nuper explicatis concurrunt ad damnu alterius, tenent. pari loco, et ordine ad restitutionem. Ratio est, quia omnes pariter concurrunt ad damnu, et nulla influit dependenter ab alia: ergo omnes tenent. pari loco, et ordine restituere. Antecedens patet, quia consultor non operatur propter laudatorem, nec laudator propter consultorem, nec alter subordinatur alteri; ergo etc.

Sit VI

Dico: ex negativis immediate concurrentes ad damnu omnes tenentur eodem loco, et ordine restituere. Patet, quia omnes immediate causant damnum, seu non impeditionem damni; ergo etc. Si vero ex causis negativis altera influat immediate in damnum, altera vero in solam causalitatem alterius, tenetur prior eam primo loco restituere, posterior vero in defectu illius. Unde magistratus non vigilans ad monendum custodem partis et privatus rei alicuius infideliter resistente, cum solus mediate influat in damnum, quatenus sua negligentia fuit in arcenda negligentia custodis immediate, solus tenetur restituere 2º loco, et in defectu immediati et privati custodis. Tenetur vero cum privata mediata 1º loco restituere, quod faciliter, quam custos privatus posset damnum impedire; et noller [illegible] difficillime posse impedire propter partem custodis. Caput 2 resolutiones aliquorum casuum.

Caput II

Resolutiones aliquorum Casuum.

§. Ex dictis hactenus infertur 1º. Siquis iussit Petro, ut Paulo consulat furtum, 1º loco teneri furem ad restitutionem, 2º loco mandatorem; et 3º consultorem, quia iste operatus fuit ut instrumentum mandatoris. = Infertur 2º: siquis consulat Petro, ut consulat Paulo furtum, post furem 1º loco obligatum, teneri Petrum immediate ad restitutionem, et 3º loco, qui 1º consuluit. Ratio est, quia quo magis distat a causa damni, eo tardius subit onus restituendi, nisi ea immediate sit instrumentalis, quia tunc prior est obligatio ex motu movendi, quam patientis.

Infertur 3º, quod multi simul ingressi vineam depopulant, aut aliud [illegible] inferunt, ita ut singuli nomine societatis non operentur, unusquisque 1º loco teneri pro sibi contingente; 2º vero, sive damnum ab aliis sociis illatum tenet, in defectu illorum; quia [illegible] damni a sociis non fuit

ineyquisq ca' prialis; inse singuli nec p prio, et socio damnu exe-
quant, tenent, et pari loco, et ordine ad restitutionem.

Infer 4º, si ex qualibet cooperantibus ad furtum singuli tenebant restituere duo pro damno à contributo, et unus eorum restituit damnificato totum damnum in defectum reliquorum, tunc 2us tenetur restituere sex l restitutori, quae ipse et reliqui socii debent. Ratio est, quia si nollet prior restitutor restituere, 2us deberet restituere pro sibi convenientem, et pro correspondentem sociis in defectu eorum; ergo potentiori jure 1º loco restituens tenetur restituere socio priori illud plus, quod ille restituit [illegible] causa; quia socius prior restituens in illo excessu est plus gravatus, quam debuit; ergo &c. 4a. quo 9 an quando unicooperantium in damnum facta est remissio debiti reliqui liberantur ab obligatione restituendi?

Quaestio IX

An quando uni cooperatorum in damnum facta est remissio debiti, reliqui liberantur ab obligatione restituendi?

Sit 1ª conclusio, quando restituit causa principalis, reliqui manent obligati restituendi. Probatur, quia reliqui non tenebantur restituere solum in defectum causae principalis, ergo &c.

Sit 2ª conclusio, quando restituit causa 2º loco obligata, tenetur causa 1º loco obligata huic restituere. Probatur, quia causa primo loco obligata habet totum onus restituendi ipsa successive &c.

Sit 3ª conclusio, quando causae ex aeque obligatae, et aliqua restituit totum debitum, reliquae tenentur huic restituere pro parte sibi convenientes. Probatur, quia cum exigentur à restitutore, cum aeque damnum intulerunt; ergo cum restitutio facta sit damnificato in integrum, quilibet tenetur restituenti suam portionem rependere.

Sit 4ª conclusio, quando creditor remisit debitum

principali, tunc 1° loco debitori, reliqui omnes cum liberentur ab obligatione restituendi.

Probatur quia remissio aequivalet solutioni: atqui quando solvit debitor principalis totum debitum, reliqui manent liberi ab obligatione solvendi; ergo si liberaliter quando fit remissio debiti cum principali, reliqui manent liberi ab obligatione restituendi.

Sit V.a conclusio, quando remissio fit cum minus principali, et non principali debitori, iste tenetur restituere. Probatur quia sicut obligatio restituendi, quam habet cum 2° loco obligata non tollit obligationem restituendi cum principali, ita remissio obligationis cum 2° loco obligatis non tollit obligationem cum 1° loco obligatis, ergo etc.

Sit VI conclusio, quando uni ex cooperantibus obligatis eodem loco fit remissio debiti, reliqui cooperatores liberantur ab obligatione restituendi pro parte consentientis illi cui fit remissio, non vero ab obligatione restituendi pro parte sibi concernente. Probatur quia creditor per remissionem factam uni ex debitoribus duntaxat liberat reliquos debitores ab obligatione solvendi quam habebant in defectu illius cui facta est remissio, non vero ab obligatione solvendi quam habent principaliter, ergo etc.

Unde si duo Petrus et Joannes deberent triginta aureos, et Petro fieret remissio debiti, hic et Joannes deberent singuli reddere decem; at si Joanne non solvente, non tenere[?] solvere viginti et quindecim; quia Joanne non solvente debebat Petrus solvere etiam quindecim, nisi ei remissa fuisset sua pars; remissio autem facta Petro nequit te gravare; non ergo teneris hunc solvere viginti. Caeterum si postquam hic solvisti creditori quindecim, Joannes velit restituere, tenetur tibi tribuere quinque, et totidem creditori. Disputatio V de restitutione ratione damni Personalis. Quaeritur an detur obligatio restituendi pro damno Personali vitae, mutilationis, et fidelitatis? Caput 1° ea negative professe[?] etc.

Disputatio V.a

De restitutione ratione damni Personalis.

quaestio. I.a

an detur obligatio restituendi pro damno Personali vitae,

mutilationis, et sicatricis? Caput. 13

Sententia negatiua præfertur, et probatur

Difficultas procedit, quando nulla est compensatio, ob qua occisio, vel mutilatio, vel illatio sicatricis non sit peccaminosa. In ea est duplex sententia. 1a affirmat, quam defendunt Sotus, Navarrus, Gabriel, Adrianus, et alii videndi apud Pr. Vasquez et apud Sanchez lib. 1o Decalogi cap. 4. 2a sententia negat; quam sequuntur Vasquez, Sanchez, Lessius, et alii, Bonacina sect. 2a puncto 1o.

Sit nostra Conclusio.

Pro damno personali vitæ, mutilationis, aut sicatricis nulla datur obligatio restituendi. Probatur 1o ex cap. 21 Exodi, ubi dicitur percussor satisfaciat, si operas, et impensas restituat. Probatur 2o ex multis locis iuris civilis, ex quibus constat pro vita, aut membro hominis liberi non esse quicquam rependendum.

Probatur 3o ratione, quia nulla bona corporalia possunt iacturam vitæ, aut membri, aut sicatricis: et ubi est impossibilis æqualitas nulla datur obligatio restituendi: ergo pro damno vitæ, aut membri, aut sicatricis nulla est obligatio restituendi. Maior constat, quia bona vitæ, et corporis sunt superioris generis pecuniariis. Minor probatur, quia iustitia commutativa exigit pro obiecto æqualitatem cum re legitima. Confirmatur; quia iustitia intendit, quod unusquisque habeat quod suum est; et occisus, aut mutilatus non potest habere, quod suum est; ergo occisione, aut mutilatione non datur obligatio restituendi. Minor probatur, quia post acceptam pecuniam, vel honorem; occisus caret sua vita, et mutilatus membro.

Probatur 4o, quia ut fatentur adversarii, qui in crimine vitam ablatam, aut mutilationem membri punitur a iudice pœna talionis, nihil debet restituere, quia pœna talionis abunde satisfecit pro crimine, iniuria, et damno corpori alterius illato: et si daretur obligatio restituendi, non cessaret per talionis pœnam: ergo non datur talis obligatio. Minor patet, nam sic loci-

p occisionem servi, q hic obligatio restituendi, licet propter delictum damnetur ad aliquam poenam, tenetur insuper ad restitutionem damni; ergo &c.

Dices: delinquens punitus a iudice per poenam iuridicam satisfacit pro iniuria, et ideo non tenetur ad restitutionem; delinquens vero non punitus non satisfacit, et ideo tenetur ad compensationem. Sed contra est, quod per punitionem satisfacit delinquens vindicativae et non commutativae legis, ergo non remittitur debitum ex iustitia; ergo &c.

Secundo, quia iudex non habet potestatem commutandi iustitiam commutativam in vindicativam; atqui inde si ex iustitia commutativa deberetur compensatio, non cessaret obligatio restituendi punitus.

Duo hic notanda sunt. 1^m^ quod occisiones servi, mutilatione, aut sic alterius illatae restituendum esse domino, quantum minus valet servus; ratio est, quod servi damnum et lucrum est in bonis externis domini. Idem dicendum, si puellae pro peremptione aut alia iniuria fiat deformis. Debet enim illi restitui, quantum opus augere dotem, ut tam bene nubat, quam antea. *si puela*

Secundum, homicidam esse una civilia privari hereditate officii. Hoc a spoliatione cum sit poena non obligat ante sententiam iudicis; nec etiam quando remittitur expresse ab occiso; imo nec quando remittit tacite, ut, quando sciens [illegible] aut non revocat factum in favorem occisoris, cum potuerit revocare.

Caput 2^m^ fundamenta adversariorum.

Caput II^um^

fundamenta adversariorum

Arguunt 1° adversarii ex cap. 21 Exodi, ubi dicitur: si rixati fuerint viri, et percusserit quis mulierem praegnantem et abortivum quidem fecerit, subiacebit damno, quantum maritus expetierit et arbitri iudicaverint; ergo pro vita prolis occisae debetur restitutio pecuniaria. Resp. Scripturam loqui de damno temporali ex abortu resultante

—11.o

l. da poena, quae inuerte ing... potest, qd neq. ... n. aduersa.

Argu-
unt 2°, bona corporis lt sint conditionalia genere suo, et alioria possunt immediatè aequari, q. bona inferiora externa fortunarum et honoris; et aurum aequatur argento; ergo pro bonis corporis restituendis e ex iustitia. Confirmatur, q. iustitia compensabit reparandum ee damnum quantum potest, qdo n. e reparabile ad aequalitatem. Sic damnum fortunarum debet compensari quantum potest, quando nequit ad aequalitatem compensari; ergo &c. Confirmatur 2°, q. oe damnum iniustum debet compensari ex iustitia; ergo etiam damnum corporale.

Resp. nego ans. q. e impossibilis aequalitas, quam intendit iustitia commutatiua, nec legis pro hac, quod habeat, et quo injustè quibus e. Ad exemplum auri concedo posse aequari argento, imo et superari, q. vtrumque pertinet ad commutationem, et [illegible] hom., aequo quo pot aequaliter, et pluris aestimari argentum duplicatum; numquam v. nisi inaequaliter pot vita, membrum &c. et pecunia aequaliter aestimari.

Ad 1am confirmationem distinguo ans: qdo damnum hēt bona extra personam aliter aestimari, quae bona concedo ans: qdo damnum non hēt pro, l. pro nequeunt aliter aestimari, quae bona, nego ans. Discrimen inter damnum personale et damnum in bonis fortunae, e quod personale non hēt pro, l. pro nequeunt aliter aestimari, quae bona; damnum in bonis fortunae hēt pro, quae dicto modo aestimabiles; et ideo si bona nequeat restitui, debet restitui quantum potest. — Ad 2am confirmationem distinguo ans: debet compensari, qdo in eo ratione e. possibilis compensatio concedo ans: qdo n. e possibilis, nego ans.

Argu-
unt 3°, quod occidit seruum aut equum tenetur damnum compensare dno; ergo a fortiori qui occidit, aut mutilat hom, tenetur &c. [illegible] q. melioris conditionis e. hō liber, quam seruus, et equus. Confirmatur, q. bona corporis [illegible] compen-

rapitur, aliis bonis spiritualibus, quae excellentiora sunt corporalibus. Ad 1.um Resp. Desuper anti; nego cons. Discrimen est, quod servus et equus interfectus, aut mutilatus aliud servo et equo, aut alio bono valide possunt compensari, quia ergo amittit servum, aut equum, potest pecunia accepta alium servum aut equum emere; at vero occisus aut mutilatus nequit reparare id, quod privatus est, nec aequale. Ad 2.um fragm. nego ant. quia sicut damnum corporis et vitae, quod altioris ordinis est, nequit bonis fortunarum compensari, ita damnum corporis et vitae, quod longe inferius bonis spiritualibus nequit ea exigere pro compensatione. Quaestio 2.a an, et quantum teneatur restituere percussor et homicida ex damnis realibus, ex percussione, vel homicidio secutis. Cap. 4.us recensentur damna realia, pro quibus fieri debet restitutio.

Quaestio 2.a

an, et quantum teneatur restituere percussor, et homicida ex damnis realibus ex percussione, vel homicidio secutis. Cap. 4.us

Recensentur damna realia, pro quibus fieri debet restitutio.

Sit 1.a nostra conclusio, percussor et homicida tenentur ex iustitia restituere omnia damna realia, quorum iniusta causa fuit. Probatur, quia ponens causam damni, infert damnum; et inferens damnum iniuste tenetur ex iustitia illud restituere; ergo etc.

Sit 2.a conclusio, omnia damna realia, quae ratione vulneris, aut mortis proveniunt, sunt restituenda a percussore, vel homicida, ratio est, quia ea omnia infert iniuste percussor, aut occisor; ergo etc. Unde infertur 1.o restituendas esse expensas in curatione factas, hoc a debent, esse nec superfluas, et ratione et qualitate personae deducendae, vel 2.o ut expensae, quas vulneratus faceret in suo victu diuturno ordinario.

Infertur 2.o restituendum esse lucrum cessans percusso ex negotiatione, arte, aut labore, quae exercebat, quod lucrum restituendum est secundum valorem, quem habebat spes habendi lucrum; et ex eo detrahendum est, quantum consumeret ipse vulneratus, vel occisus consumere. Unde si spes lucri valebat quinquaginta,

et dumere dnuenerat occisus, aut vulneratus viginti quinque dantaxat restituenda viginti quinque.

Est 2.a hic dificultas an ex lucro detrahendus sit aliquid ratione laboris, quos ex curat occisus? Pr. Lessius et Bonacina disp. 2.a, et ultima cum dni. DD., 3 D. Mairez docent non esse extrahenda estimationem ipsius laboris ex lucro cessante, et fo: quia occisus, et occisus iniuste patiuntur damnum cessationis lucrum lucri acquirendi ex labore: siquidem iniuste impediunt, ne laborent. ergo &c.

Temperant a Pr. Lessius et Bonacina hanc doctrinam ut tantum vera, quando vulneratus ipse est genus, ut nihil dedisset pro redemptione laboris, et maluisset maius lucrum, atque exercendo, quam minus non exercendo: sed, quis ingenui, ut sanus acceptasset minus lucrum sine labore, quam maius cum labore, tunc detrahendus esse ex lucro laboris estimationem.

Infert 3.o nihil lucri cessantis restituendum esse ab homicida, qui occidit hominem breuitas moriturum vi aeditus, nisi aliquid futurum erat ex breui tempore. Quod si ab alio postea erat occidendus tenet, ad totum damnum, sed alter teneat, qui occidisset.

Infert 4.o homicida vel teneri restituere pro expensis funeris. Ita sentit DD. D. Nabarus cap. 15, et ratio est, quia nec occisus nec heredes patiuntur damnum ex expensis, cum illae facienda erant, quando naturali erat moriturus. Cap. 2.us quatenus facienda sit estimatio lucri cessantis?

Caput. 2.um

Quatenus facienda sit estimatio lucri cessantis?

Cum incertum sit, quandiu esset victurus iniuste occisus, dubitant DD., et quod tempus vitae attribuendum sit occiso, ut eo attento cum aliis circumstantiis lucrum cessans restituendum ab homicida. Covarrubias, Antonius Gomez et alii aiunt, occiso, cuiusque aetatis, quam hac attribuendum esse tempus futurum vitae usque ad annum 60 ex legis computatione. Et ratio hec redditur, quod lex illa confecta est pro alimentis iniuncta legati.

Sotus, P. Vazquez, P. Lessius, et Bonacina docent hanc computationem temporis, quod victurus erat occisus, faciendam esse arbitrio prudentis, qui debet perpendere durationem vitae attentis magnis circumstantiis, scilicet viribus et valetudine occisi, et quantitatem emolumenti, quod sperabat ex officio et industria occisi. Dicentibus huic ipsi addo quod oporteret ante, et magnae transactionem, et compositionem cum Personis damnum passis ex occiso. Sic enim tolletur molestia ponderandi singulas circumstantias, a quibus pendet aestimatio quantitatis restituendae. Quod si vulneratus supervivat mancus, et inutilis ad priores operas, et hanc lucrum tenetur vulnerans singulis annis rependere vulnerato totum lucrum, quod deperdit propter mutilationem, aestimandum sane arbitrio prudentis, ut supra diximus. Caeterum in hoc casu salubre consilium est uti transactione et compositione. Quaeres hic. An obligatio restituendi transeat ad heredes homicidae, qui ante mortem non dedit factam restitutionem. Respondetur affirmative loquendo in foro conscientiae quidquid statuant leges civiles, de quibus agit P. Molina tomo 4. Ratio est, quia haec sunt debita ex delicto iure naturae contracta ab homicida defuncto: ergo ipso non restituente tenentur restituere heredes.

Quaeres 2.º an haec doctrina limitetur, quando homicida punitus est a iudice poena capitali. Respondeo negative, quia poena infligitur delinquenti non ut nocuum compenset, sed ut pro illa poena capitali, ut vindicet iniuria legibus et Reipub. illata, et ut reliquis sit terrori et exemplo.

Nec video cur necessario [illegible] Personas pauperes defuncti nobili occiso condonare damna, quando occisor punitur poena capitali. Immo potius iudico eundem debere expensas factas in curatione. Et licet crederent has expensas donare, non tamen credendum remittere graviora damna, et nocumentum, nempe alimentorum quibus vivere et filii privantur propter totam vitam. Ideo existimo cum P. Molina in talibus casibus obtinendam condonationem vel reparandum damna.

90 3a.

Quod restituere teneatur qui occidit alium non servato moderamine inculpatae tutelae? Homicida excedens modum iustae defensionis tenetur ad integram damnorum restitutionem. Cap. 1. de eius titulo. Sic fit defendit à Navarro, Covarruvias, Lessio, Vazquez, et Becano contra Dominicum Sotum, Antonium Gomez, Cordubam, quos refert et illustrat P. Molina tomo 4 disp. 84, et Bonacina docentes teneri homicidam excedentem moderamen inculpatae tutelae restituere omnia damna integra, sed minuendas expensas ad arbitrium viri prudentis.

P. Delicto, quę intelligenda est casu in quo homicida invasus fuerit ab occiso; quia quamvis invasus minus peccaverit occidendo, quam si fuisset iniustus aggressor, verè fuit causa eficax iniusta omnium damnorum provenientium ex homicidio: & causa eficax iniusta damnorum tenetur omnia restituere; ergo &c.

Sed opponens ex adversariis: invasor eo ipso, quod invadat, videtur cedere aliqualiter iuri ad compensationem damni sibi inferendi; ergo invasus non tenetur ad integram restitutionem damnorum. Quia aequitas naturalis videtur exigere, quod minuatur compensatio damni illati invasori, si notabiliter excedat invasor: ergo &c. — Resp. nego ant.; quia absque sufficienti fundamento id asseritur. Ad confirmationem nego etiam ant., quia aequitas naturalis non potest exigere, quod minuatur compensatio damni iniustè illati à causa graviter contra iustitiam operante.

Existimo tamen cum R. Lessio opp. esse probabilem. In praxi tamen iudico saluberrimum consilium Patris Molina dicentis oportere, ut invasus et reus nolens restituere in integrum, adducat ad iudicium illos, qui damnorum compensationem exigunt, et in iudicio obtineat absolutionem partis damnorum propter iniuriam acceptam.

Ex dictis infertur 1.º homicidam, qui servat moderamen inculpatę defensionis, nil teneri restituere, etiam si occidat alterum. Infertur 2.º homicidam, qui provocatus ad pugnam occidit, nil teneri restituere, etiam si excedat moderamen inculpabile defensionis. Ratio est, quia provocator tacite videtur cedere iuri suo, et remittere obligationem restituendi. Si vero provocatus inter pugnandum cognoscat provocatorem velle desistere à pugna, fugienti, conanti omnino pugnam, et occidit, tenetur restituere. Quia occidit sine necessitate, et sine iure. Propter eandem rationem tenetur ad restitutionem qui occidit illum, qui sine provocatione dedit occasionem pugnę.

Infertur 3.º qui dedit occasionem pugnę per contumeliam, vel aliam

et se defendens aliquem occiderit cum defensione alius occidit, non tenetur ad restitutionem, quia quamvis illam alterum non amisit ius se defendendi. Unde adulter, quem vult maritus occidere, si hunc interficiat propter defensionem sui maritis non tenetur restituere damna ex homicidio secuta; tenetur, tamen adulter, et quivis qui dedit occasionem pugnae, fugere si potest, etiam cum infamia. Ratio est, quia cum iniuste dederit occasionem pugnae, tenetur ex iustitia impedire graviora damna, quae obvenire possunt innocenti, quale est occidi in pugna etiam propter defensionem. C. 2. an solis parentibus filiis et uxori teneatur restituere homicida?

Caput. 23

an solis parentibus, filiis, et uxori teneatur restituere homicida?

Sit nunc dictum damna, quae incurrunt parentes, filii et uxor occisi, sunt ipsis restituenda ab homicida. Ratio quia isti sunt personae ratione vinculi simul faciunt moraliter unam personam cum occiso, ac proinde bona carentes, in bonis propriis, quod homicida tenetur reparare damna, quae incurrunt, siquidem eorum causa efficax per se fuit occisione.

Advertendum tamen est cum Lessio et aliis cessare hanc obligationem quando parentes, filii et uxor occisi aliunde habent bona illa, quae non habent, si supervixisset occisus. Quia tunc non sunt damnificati in occisione defuncti. Unde si vidua nupserit, non tenetur homicida ad restitutionem. Quia tunc bona non cessant ratione occisionis, siquidem ea habet a novo marito.

Quaeres hic 1.° an homicida iniustus teneatur restituere aliis personis dictis ab enumeratis, nempe familiaribus, amicis, pauperibus beneficia, quae illis praestabat, et praestiturus erat occisus, si viveret. Et affirmat Vasquez cap. 2.° Rebellius, et alii. Quia per illam occisio impediuntur hae beneficia acquirenda, atque inde illis fit iniuria.

Negant Lessius et Bonacina cum aliis quia occisio non est per se damnosa personis enumeratis, et probat rationem.

Quaeres 2°, an teneatur homicida solvere creditoribus, quibus solvturus erat occisus? Affirmant Molina disp. 81, Guarianus et alii, quia per illatam occisionem impedivit debitam iustitiae reipublicae solutionem a creditoribus. Negant vero Lessius et Bonacina cum aliis, quia occisio creditorum non est causa, neque ea damnosa creditoribus, sed tantum occisio. Utraque sententia, utrumque dubium probabile. Pro nunc non vacat eas examinare. Disputatio 6 de restitutione ratione damni in fama, et honore. Quaestio 1a quid sit fama, et honor: et quae iis opposita?

Disputatio. VI.

De restitutione ratione damni in fama, et honore.

Quaestio. 1a

quid sit fama, et honor: et quae iis opposita?

Fama ex doctrina theologorum sic est opinio multorum de aliquo concepta circa eius vitam et mores. Dicitur opinio, quia licet vulgo rumor ille existimetur, quo homines bonum, vel pravum opinionem, quam de aliquo, divulgant, fama dicatur, a verbo fando, nihilominus fama ~~[illegible]~~ fama proprie dicitur fieri in interno hominum. Duplex est fama, altera mala, et haec est opinio multorum circa malum alterius, videlicet vitium, aut ignorantiam: altera est bona, et haec est opinio multorum circa excellentiam alterius, virtutem circa virtutem, aut sapientiam. Haec autem quando magna est, et circa praeclaram excellentiam dicitur gloria. Unde fama non est in eo de quo dicitur, sed in aliis bonam vel malam opinionem, vel bono, aut malo alterius sentientibus.

Honor est testificatio excellentiae alterius. Haec autem testificatio fit vel verbis, vel aliis signis. Verbis, quando aliquem illustribus nominibus honoramus, Eximius Dr., sanctus, aut nobilissimus appellando: signis, ut quando inclinatione aliqua corporis, vel sessione, et sic de aliis alienam excellentiam profitemur. Unde honor active est in honorante, nempe in profitente excellentiam alterius, et honor quasi passive est in honorato, et ideo dicitur honoratus.

Ex

Ex fama et honore explicatis inferes, unde dicimus. Differunt 1° fama et honor, quia fama est qualiter opinio interior de aliquo; honor vero testificatio externa alterius excellentiae. 2° quia fama est indifferens ut coniungat, ut laudem, vituperationem, dum in opus externum prodit. Secus vero honor. 3° quia fama non supponit intentionem testificandi bonum alterius, honor autem eam supponit. 4° quia fama est quid inferius in aestimatione morali, quam honor; quia iste importat opinionem excellentiae alterius, affert testimonium ipsam testificans.

Fit aduertendum opinionem de moribus et vita alterius ut coniuncta cum externa manifestatione maioris partis populi dicitur fama à viris peritis, et sic accepta distinguitur à rumore, qui non est eadem opinio de alio manifestata voce minoris partis populi. Iuris periti. Docet Dr. Reginaldus lib° 21 cap 4. in ordine enim ad iudicium externum, et fori contentiosi parum attenditur videtur opinio mere interna, et nullis signis manifestata. Quapropter iuris multi periti dicunt famam esse, quod à maiori parte populi dicitur. Inde deducunt, testes dicentes se audivisse hoc, vel illud communiter et alibi, et publice tradi, non probare famam adversus reum, nisi superaddant id audivisse à maiori parte Reipub.

Honori opponitur directe dedecus, vel potius inhonoratio, quae consistit in externa manifestatione malae opinionis de alio, quod maxime aggravatur, si verbis adiungantur alia signa, et facta, ut si quis alium fuste, vel alapa feriat, vel honorem auferendi. Opponitur etiam honori contumelia, quae est externa laesio honoris alterius in ipsius praesentia, et opinione consistit iniuriam, et maiorem.

Famae opponitur directe infamia, quae dicitur mala multorum opinio de aliquo concepta circa eius vitam, et mores. Hanc incurrit non solum propter peccata, et male

male gesta publicè, verum etiam propter crimina detractionis aliorum. Est autem detractio famae alienae occulta, et iniusta denigratio, seu laesio verbis facta. Sicut enim fur potest damnum in bonis fortunae proximo inferre, vel palam, vel clam, sic homo non solum publicè, sed etiam secreto furatur alterius famam, aut ipsam verbis diminuit. Quando autem palam, et coram verbis quis malè loquitur, dicitur contumeliosus: cum verò secretò corrodit alterius famam detractor tantùm dicitur.

Hinc dignoscitur clarè differentia inter detractionem, et contumeliam, quae in eo consistit, quod detractio et dista à contumelia fit semper occultè, seu in absentia personae laesae at contumelia fit manifestè et in faciem. Praeterea differunt in fine, seu in obiecto, quatenus detractio directè laedit famam, contumelia vero honorem. Unde cum honor, et fama sint res distinctae, erunt etiam distincta crimina peccata.

Detractio alia est formalis, alia materialis. Formalis est laesio famae alienae animo eam laedendi. Materialis vero est laesio famae alienae facta non ex intentione laedendi, sed ex alio fine. Utraque fit aliquando directè, et aliquando indirectè. Fit directè quatuor modis. 1° imponendo alicui falsum crimen, sive defectum. 2° exagerando crimen verum. 3° manifestando crimen occultum. 4° sinistrè interpretando factum alterius. Omnes isti modi hoc carmine continentur.

Imponens, augens, manifestans, in mala vertens.

Indirectè fit etiam aliis quatuor modis. 1° negando bonum, seu excellentiam alterius. 2° minuendo. 3° reticendo eo tempore, aut loco, aut circumstantiis, quod

æquivaleat detractioni, ut si aliis rogantibus dicas, ego taceo, aut frontis contr.hoc. 4° ita frigidè laudando, ut est æquivaleat detractioni. Dicunt est modi isti hoc carmine,

Qui negat, aut minuit, reticet, laudatque remisse.

Quæstio 2ª quale peccatum sit detractio? quæstio 2ª

Quale peccatum sit detractio?

Detractionem esse peccatum contra iustitiam certum est apud omnes; at v. dubium an sit peccatum mortale an veniale ex genere suo. Dico Dilus detractio ex genere suo est peccatum mortale. Probatur quia detractio ex genere suo lædit famam; et fama ex genere suo est bonum grave proximi, et cum constantius multis divitiis; ergo etc. Dixi ex genere suo, quia defectu plenæ advertentiæ, vel ex parvitate materiæ potest esse veniale peccatum. Nam ad peccatum mortale, ut diximus in materia de peccatis, requiritur plena advertentia, aut deliberatio, et quod materia sit gravis, vel talis talis existimetur. Unde detractio defectus levis, quo fama leviter læditur, facta cum plena advertentiam excedit peccatum veniale.

Unde infertur 1°, non esse peccatum mortale narrare defectum venialem, exceptis nisi persona talis dignitatis sit, ut in ea censeantur magni momenti, ut si quis diceret de viro gravi et religioso sæpe mendacem, [illegible] [illegible] [illegible]. 2° contra est peccatum mortale defectum naturalem revelare, si ex inde notabile naturalis sequatur) sive defectus sint animi, ut si dicas quispiam esse ignarum parum ingenii, parum iudicii imprudentem, insipientem etc. sive sint corporis, ut esse gibbosum, hermaphroditum etc. nisi pers. sit magnæ dignitatis, ut si dicas de episcopo esse hermaphroditum.

Infertur 3°, non esse peccatum mortale revelare defectum natalium ut si dicas quempiam esse filium clerici, esse natum ex adulterio, esse filia; quia ob hoc non infamatur. Si tamen in facie dicas [illegible]

peccabis graviter, nisi Personae vilis, et ubi cum erit peccatum mortale, si magno inde moerore afficiendum existimet.

Infero 4°

non esse peccatum mortale revelare peccatum grave alterius, quod dalij Persona est, ut revelatio non censeat esse de fama. Sic dicas de militie militie duellum, here Dubing, decepisse puellas: aut de adolescente dicas esse prodigum, deditum amoribus etc.

Infero V° non esse peccatum mortale

infamare aliquem nominibus generalibus peccati mortalis, ut si dicas de aliquo esse superbum, avarum, iracundum etc. quia haec nomina saepe in usu sumuntur ut denotent peccata mortalia, et ut naturalem inclinationem, vel veniales defectus significent. Erunt tamen peccatum mortale, si qui putant, accipi pro gravibus vitiis, ratione dignitatis Personae.

Adverte, hoc intelligenda esse, quando defectus sive morales, sive naturales sunt occulti: quia quando sunt publici, nullus defectus, aut peccatum potest esse magis gravis sufficiens ad peccatum mortale detractionis, imo nec levius sufficiens ad peccatum veniale eo infamiae dicendae.

quaestio 3. an auditor detractoris peccet mortaliter, teneat quae ad restitutionem.

quaestio. 3a

an auditor detractoris peccet mortaliter, teneatur que ad restitutionem?

Quaestio est de detractione in materia gravi, quae talis est respective ad Personam. Sit 1a conclusio: qui ita audit detrahentem, ut eum inducat, sive excitet ad detrahendum, vel perseverandum in detractione, sive id fiat verbis, sive gestibus, sive aliter peccat mortaliter. Probatur, quia audiens est causa efficax moralis detractionis etc. Qui vero non inducit, et gaudere delectat, vi eloquentiae detractoris, non eo ipso peccat mortaliter, quia non est causa detractionis, nec placet quod alter detrahat.

Sit 2a conclusio

qui audit detractorem, et cum possit commode impedire, non impedit, peccat mortaliter. Probatur quia lex charitatis obligat, nemo quis ut qui possit commode detractionem impediat. Quaeritur 1. Potest a auditore detractorem impediri, l. increpando, l. redarguendo expresse, hoc e verbis, l tacite, hoc e discedendo, l sermonem avertendo, l vultum tristem exhibendo.

Excusatur tamen auditor à peccato mortali 1°. quando impedire nequit absque gravi suo incommodo, aut prudenti timore illius, l absque considerabili et notabili verecundia, ut dum inferior est superiori. 2°. quando non sperat fructum correctionis. 3° quando ignorat deffectum esse occultum, et si dubitet aut ignorat narratorem licite narrare, et si dubitet. quia tunc presumendum est in favorem narrantis. 4° qdo ait pusillanimitate, timore, aut trepidatione non impedit. 5°, qdo audit solus, et tacitus; imo et si audiat alter, tacitum est. 6° qdo patet auditorem non facere fidem detractori.

Unde infertur cum Bonacina disp. 2a. q 4a, raro peccare mortaliter auditorem detractionis non sibi subditi. quia raro commode non adest aliqua causa ex numeratis. Dixi sibi subditi; quia raro excusantur superiores non impedientes.

Quaeres, an audiens detractorem, et peccans mortaliter, quia non impedit, teneatur ad restitutionem? Sit 1a conclusio: superiores tenentur ad restitutionem quando detractio fit à sibi subdito de famam alterius sibi subditi. Sit 2a conclusio: privatus auditor non impediens non tenetur ad restitutionem, quando non inducit, tenetur vero qdo inducit ad detractionem. Ratio e, quia 1mo non e causa positiva physica, nec moralis damni detractionis; secundo a mo e causa positiva damni detractionis. Quo 4a an et quarare peccet, teneatur quod ad restitutionem qui manifestat deffectum alterius occultum? questio 4a.

an, et qua ratione peccet, teneaturque ad restitutionem qui manifestat deffectum alterius occultum?

Multiplex difficultas breviter enodanda e in

hac quaestione. 1a sit, an manifestare deffectus alienus graues uni, vel duobus, qui secreto retinebunt, sit peccatum mortale? Sit 1a conclusio, quotiescumque manifestatio fit aliqua rationabili causa, videlicet ob bonum correctionis deffectuosi, vel manifestantis, vel ut capiat consilium, mitiget dolorem animi iniuriae, vel ob bonum publicum. Ratio est, quod tunc ius, cuius deffectus manifestatur, non est rationabiliter invitus. Ita docent DD.

Sit 2a conclusio, manifestare deffectus graues proximi uni vel duobus sine causa non est peccatum mortale, nec obligat graviter ad restitutionem. Ratio, quod ea infamatio apud unum vel duos est levis; ergo etc. Ita Cayetanus, Navarra, Cordova, et Reginaldus lib. 29 n. 11.

Secunda difficultas, an qui absque necessitate narrat publice graues deffectus absentium, quos audivit, peccet mortaliter? Sit prima conclusio, qui ita refert deffectus proximi peccat mortaliter, et tenetur ad restitutionem, quando prudenter timet audientes credituros ob narrationem vel ob narrandi modum. Ratio est, quod tunc est causa efficax laesionis gravis in fama proximi, ergo etc.

Sit 2a conclusio, qui ita narrat deffectus proximi coram iis, quos probabiliter est eos sua levitate, vel malitia, vel infirmitate credituros, peccat mortaliter contra charitatem; non tamen tenetur ad restitutionem. Probatur 1a pars; quia non avertit malum grave proximi, quod commode impedire potest, ergo etc. 2a pars patet, quia non est causa efficax damni, ergo etc.

Unde infertur 1o, non teneri ad restitutionem qui refert audita ab hominibus parum fide dignis, indicatis authoribus, etiam si id faciat pravo animo; quia illud opus externum non est damnosum. 2o non teneri ad restitutionem qui refert deffectus graues proximi coram iis, qui non sunt credituri, nec habent suspicionem de illis, quia nullum damnum est causa; immo quamvis sint suspicaturi, nisi deffectus, vel persona sit valde grauis, ut apostasia in fide, proditio patriae, se porterea libido etc., ratio est, quod suspicione de deffectu, vel persona non valde grauis, non laeditur fama graviter.

Tertia difficultas, an deffectus

in uno loco publicus, & sit licite manifestari in alio, in quo ignoratur? Defectus dicitur simpliciter publicus: 1° quando est notorius iure, id est, per iudicium, aut confessione rei in iudicio publico, aut plena testium probatione in simili iudicio. 2° quando est notorius facto, hoc est, quando evidens fuit adeo multis, ut certum moraliter sit pervenire in notitiam maioris partis habitantium in eo oppido, aut parrochia. 3° dicitur publicus, quando est famosus, id est, quando eius fama cum sufficientibus indiciis orta ad eius notitiam pervenit, ut certum sit moraliter quod perveniet ad notitiam maioris partis habitantium in eo oppido, aut parochia.

Hoc posito, sit 1ª dico, qui manifestat defectus aut crimen, quod est publicus in uno loco aliquo, eo modis dictis in alio, ubi eodem loco ignoratur, peccat [illegible] ad restitutionem. Quia quando defectus, aut crimen hac ratione est publicus defectuosus amittit ius ad famam: ergo Ita [illegible] quia publicitas defectus, aut criminis tollit ius ad famam: ergo Ita [illegible] Major, Cayetanus, Nabarrus, Azor, Valenzia, Gurrianus. Et sic eadem ratione licitum mandare scriptis publica crimina.

Sit 2ª dico, qui manifestat crimen, aut defectum in uno loco publicus, in alio, quo fama non erat perlatura, vel saltem post longum tempus, ipse peccat mortaliter contra charitatem, si infamatus ibi erat bonae famae. Quia tunc [illegible] magnum, nempe in possessione famae alterius, invitatio alterius, et ab [illegible] fraude [illegible] Lessius, Valenzia, Toledo, Nabarrus, et Cayetanus.

Quaeres difficultatem, an peccet, teneatur ad restitutionem, qui infamatus in uno crimine infamat in alio? Sit 1ª dico, qui infamatus in uno crimine infamat in alio valde affini, solum peccat venialiter. Quia tunc non auget notabiliter infamiam. Ergo Ita.

Unde si dicas de adultero, quod misit litteras amatorias non peccas graviter.

Sit 2ª

Sit 2ª dificultas qui infamavit in uno crimine infamat in aliis non affinibus, peccat mortaliter, et tenetur ad restitutionem. Ratio, quia infamatus in uno crimine non amittit jus ad famam in aliis criminibus. Unde si de homicidio dicas esse furem, gravissime peccas, et teneris ad restitutionem.

5ª dificultas, an qui bona fide narravit crimen falsum, vel occultum, manifestavit teneatur ad restitutionem. Dicendum, non teneri ex justitia, teneri tamen ex charitate, si commode id facere possit. Ratio 1ª partis est, quia recte narravit, et de re accepta, nec iuste iniuste damnificavit, ut fuerit illatum ex peccato, eo quod indicavit crimen esse verum et publicum: ergo &c. Ratio 2ª partis est, quia ex charitate tenetur quilibet removere damnum grave proximi, ut commode possit; ergo &c. Ita Ruiz, Navarra, et Bertadillo, Lessius et alii.

Sexta dificultas, an teneatur ad restitutionem, qui manifestavit deffectum occultum alterius ad evitandum damnum proprium. Dicendum, nec peccare, nec teneri ad restitutionem, quando alia via impedire non potest damnum proximi. Ratio est, quia tunc manifestat deffectum occultum ex ratione publica, et nemo habet jus ad famam cum damno alterius ex suo deffectu occulto proveniente.

Unde infertur 1º ut agit Lemaitre, in mundo dicendo, de officio conferendo, ac religione suscipienda, de assumendo famulo, famulam &c. licitum esse, imo aliquando esse obligatorium manifestare occultos aliorum defectus, inhabilitatem &c. Unde notabile aliquid ita ut dicit dumtaxat, dummodo non sit alia ratio commodior damnum impediendi, et hoc sit maius, aut aequale damno ex manifestatione proveniente.

Inferes 2º, quando quis falso habetur ut medicus, vel advocatus peritus, posse detegi deffectum peritiae impendendo, imo licet nullum damnum impendeat, nulla fit iniustitia, quia nullus detegitur defectus moralis, sed naturalis.

Dificultas 7ª an ad vitanda

anda vitanda dam̄na pro pria potest quis occultum alterius crimen revelare? Resp. affirmative, quia nemo tenetur cum tanto incommodo retinere secretum. Ita Lessius, Bonacina et alii. Quod verum est, si promiserit secretum, et quamvis fraude, aut vi crimen extorserit. Ratio primi est, quia promissio non obligat cum tanto onere: et ideo tacite censetur facta sub conditione quod non sit proprium promittenti. Ratio secundi est, quia iniuria iam facta non nocet licentiae, quae sibi competit. Quaestio: an possit quis licite se infamare?

Quaestio 5ª

An possit quis licite se infamare?

Sit prima conclusio: defectum infamare revelando defectum occultum ex causa rationali non est peccatum; est tamen peccatum, quando absque rationali causa, et quando sibi imponit falso defectum per ipsas dictas conclusiones quia perdit famam sine rationabili causa, et cum mendacio. Sit 2ª conclusio: seipsum infamare absque rationabili causa ex genere suo non est peccatum mortale, quia ex genere suo non est contra iustitiam, nec contra charitatem, et contra magnanimitatem, ut destruere dimittere absque rationabili causa. Nam famam suam et dimittere unusquisque est dominus.

Potest tamen esse peccatum mortale 1º ratione scandali, utpote ex manifestatione plures inducat ad tale peccatum. 2º si redundet in alios, v.g. filios, religiosos &c. 3º quando infamatio nocet officio, quod infamatus exercet, et vult retinere. 4º quando exponit se periculo vitae.

Sed quaeres, an ad vitanda gravia tormenta possit reus, vel quivis alius falsum crimen sibi imponere, et se infamare absque peccato mortali pusillanimitatis, et temeritatis ratione periculi vitae, cui se exponit? Resp. affirmative, quia nemo cum tantis cruciatibus tenetur vitam ducere: et quia ipse tunc non se interficeret, sed iusta ex causa vitae periculo exponeret. Ita Lessius et alii. peccaret tamen peccato mendacii, et pec-

et periurii, quia etiam per exasarientes equivocare. Quo 6º an infamator teneatur restituere famam etiam cum periculo suae vitae? et apud quos facienda est restitutio? Quaestio VI.

an infamator teneatur restituere famam etiam cum periculo vitae? et apud quos facienda est restitutio?

Sit 1ª conclusio, infamator iniustus, qui falsum dixit, vel qui occultum manifestavit, tenetur ad restitutionem. Probatur, quia est ea damnificator proximi in fama contra iustitiam; ergo. Dixi. Conclusio intelligenda est de infamia reipsa secuta, et facta contra iustitiam.

Sit 2ª conclusio, quando ex infamia illata non provenit alteri damnum in bonis superioris ordinis, nempe spiritualibus, aut vita corporali, non tenetur infamator restituere famam cum vitae periculo. Probatur, quia vita est maius bonum, et multo superius fama particulari, et amicus et familiaris etiam illorum. Et restitutio non obligat cum iactura boni multo superioris; ergo. Sit

3ª conclusio, quando ex infamia imminet periculum vitae uni vel pluribus, aut mala impendent administrationi reipublicae, aut aliud grande malum, vel scandalum, quae obvenirent ex infamia Principis, Papae, Praelati, Religionis, ordinis etc. tenetur infamator etiam cum periculo suae vitae famam restituere. Probatur, quia vita alterius, et vitatio scandali non sunt moraliter bona minoris existimationis, quam vita detractoris; ergo. Dixi. Dixit, quia tunc detractor obligatur non solum ratione infamiae, sed etiam ratione damni ex ea resultantis; ergo.

Sit 4 conclusio, famae restitutio facienda est apud eos, apud quos facta fuit detractio; imo etiam apud illos, ad quos provenit notitia ex narratione audientium detractorem. Quod intelligendum est, quando prudenter timuit detractor defectum aliis esse manifestandum, vel publicandum. Probatur, quia tunc detractor est causa moralis ulterioris infamiae, vel publicationis defectus; ergo.

Sed quaeres, an infamator teneatur ad restitutionem famae

qdo aliunde hec ē recuperanda? R. q. bonis actibus infamatus separavit vitam suam testimonio. Resp. negative, quia tam infamatus non caret sua fama. Ita Lessius, et Bonacina. Tenetur tamen ad expensas necessarias factas in recuperanda fama.

Quaeres 2. an qdo infamia omnino abiit in oblivionem, teneatur infamator ad restitutionem? Resp. teneri, si prudenter credatur quod reviviscat, etiam post viginti annos, postquam regulariter loquendo pro prudenter indicari infamiam fuisse traditam oblivioni. Quod semper verum est, qdo crimen falso fuit impositum; qdo autem crimen, l. defectus fuit verum, non est memoria renovanda, nisi generaliter quod infamia reviviscat, ut videtur. Si vero nullum sit periculum quod reviviscat infamia, nulla est obligatio restituendi, quia fama iam censetur restituta.

Quaeres 3. an infamator teneatur restituere damnum ex infamia secutum? Sit 1. dico omne damnum ex infamia falsa secutum, debet infamator restituere. R. quia infamator fuit causa iniusta talis damni. Dub. et quid idem dicendum est, qdo defectus, l. crimen erat occultum, sit tamen publicum et ob illam publicam infamiam sequuntur damna infamato; quia infamator solus fuit causa iniusta eiusmodi damnorum.

Sit 2. dico, qdo defectus, seu crimen est verum, et non privatur infamatus officio, aut beneficio ob solam infamiam, sed ob defectum, l. crimen, tenetur etiam infamator integre restituere. Probatur quia manifestans crimen, l. defectum est causa principalis moraliter talis damni: sicut causa incendii domus, qui ignem occultum cineribus detegit, et ad domum applicat. Ita P. Lessius d. Soto, et plures RR. docentes tunc non teneri infamatorem ad restitutionem integram, sed ad partem arbitrio prudentis. Quo ? quomodo fama sit restituenda?

Questio. ?ª

Quomodo fama sit restituenda?

Certum est apud DD. teneri eum, qui falsum crimen iniuste

diseminavit, adhibeatque industriam, ut sta opinio proximi omnino tollatur. Quapropter tenetur retractare dicendo se falsum dixisse, aut mentitum esse, prout necesse fuit, ut credant auditores, et si fuerit necessarium tenetur iurare se falsum dixisse. Ratio est, quia tenetur adhibere remedia efficacia infamie, tenetur proinde, ut docent Lessius, Sotus, et Bonaventura contra Navarrum, et Navarra adhibere testes veritatis, quando renuant quidem credere volunt, et ponunt adhiberi testes sine multo maiori incommodo, quam sit gravitas infamie. Ratio est eadem. Difficultas est quomodo sit restituenda fama iniuste ablata per manifestationem deffectus occulti? [illegible] quatuor modis potest infamator, seu manifestator deffectus occulti famam restituere. 1º si dicat se quod tale narrare, et in eo dixisse falsum, quod cum veritate et licite dicere potest, quia dictum suum non fuit conforme legi, quia peccatum dicatur in sacris literis mendacium et falsum, tum etiam quia deffectus non fuit verus veritate publica. Secundo si dicat se fuisse deceptum, et errare. 3º si dicat se iniquè locutum esse de proximo, iniuste ei infamavisse atque rogat auditores ut talem opinionem deponant. 4º laudando infamatum honorifice de eo loquendo, ubi res occurrat occasio, et dando operam, ut bonus habeatur infamatus. Hoc tamen fieri debet magna cum prudentia ne cognoscatur, fieri ad restituendum quia hoc esset infamiam confirmare. Ex his quatuor modis 1us et 2us sunt boni, et ad illos non tenetur infamator quia non tenetur se infamare; et 1o modo fortasse non se infamet, videlicet tamen decipere auditores specie mendacii, quod non tenetur facere, et si aliquis est illicitus. 3us autem modus est inutilis apud ingeniosos, licet apud simplices saepe sit utilis. 4us vero est nimius, si omittantur 1us et 2us, et talis [illegible]

Quaeres hic, an obligatio restituendi famam transeat ad heredes infamatoris? Affirmant Molina, et Rebelus; negant vero Lessius et Bonacina cum aliis communiter, quia obligatio restituendi famam est personalis. Transit vero ad heredes obligatio restituendi damna realia ex infamia secuta. 9º Utrum restitutione fame possit fieri compensatio? et an tollatur obligatio restituendi condonatione infamati.

Quaestio. 8a

an in restitutione fame possit fieri compensatio? et an tollatur obligatio restituendi condonatione infamati?

Restant adhuc duæ quæstiones 1ª an in restitutione famæ possit fieri compensatio? Sit 1ª conclusio, infamatus ab altero non potest licite illum alterum vicissim infamare. Probatur quia post eiusmodi infamationem non est compensatio, sed vindicta, et vindicta nequit fieri privata authoritate, quod docet Navarrus, quia post eiusmodi infamationem non decrescit infamia prioris.

Sit 2ª conclusio, infamatus potest infamare suum infamatorem, quando idem necessarium est ut prior infamatio deleatur, et detegatur; v.g. potest manifestare defectum, ratione quorum non est dignus, ut ei adhibeatur fides. Ratio est, quia talis manifestatio fit ex rationabili causa, et ad tuendum ius suum, quod docet.

Sed maior est difficultas, quando se vicissim infamarunt, an possit uterque compensare, vel non restituendo alteri famam nollente altero restituere? Negant Caietanus, Navarrus et alii; affirmant quod communiter Lessius, Bonacina et alii. Quia eadem est ratio quoad hoc in bonis fortunæ et famæ: sed nollente altero tibi restituere bona fortunæ, tu non teneris sua restituere, quod docet.

Conclusio intelligenda est servata æqualitate. Quia si infamia quam alteri intulisti est maior tibi illata, teneris restituere partem famæ, si vero potes restituere, quando vero nequit vel potes restituere, non teneris restituere, donec alter tibi famam restituat, nisi forte redundet infamia in alios, quia tunc ob ius aliorum teneris restituere.

Secunda quæstio, an obligatio restituendi famam tollatur condonatione infamati? Sit 1ª conclusio: quando infamatio non redundat in alios, ut quando quis infamatur ut fur, tollitur obligatio restituendi condonatione infamati, licet hæc fiat sine rationabili causa. Probatur quia quilibet ut potest dominus suæ famæ potest cedere iuri, quod habet, ut sibi fiat restitutio, quod docet.

Sit 2ª conclusio, quando infamia redundat in alios, ponitur etiam invitis, ut si dicas patrem esse iudæum, aut religiosum infamem, non tollitur obligatio restituendi condonatione infamati immediate et primario. Probatur quia iste nequit cedere iuri aliorum, quod habent ut eis satisfiat, quod docet.

Qo 2, an et quomodo sit restituendus honor?

Quæstio IX.

an, et quomodo sit restituendus honor?

Sensus quæstionis est, an pro læsione honoris facta, vel nullo sciente, vel coram aliis, sit aliquid restituendum? Negant Pr. Molina, et Laiman; addunt tamen, esse obligatos petendi veniam ab inhonorato. Affirmant vero Lessius, et Bonacina, et alii, communiter, quia inhonoratio est ... vera damnificatio facta in honore, quamdiu manet affectus inhonoratus, donec fiat satisfactio; ergo etc.

Conjectura intelligenda de inhonoratione positiva, v.g. de contumelia, derisione etc., non de omissione honorandi quia hæc omissio non est contra justitiam. quod si aliquando ex circumstantiis æquivaleat inhonorationi positivæ, ut quando alicui honorabilibus [illegible] non honores, et [illegible]; tunc datur obligatio restituendi; quia tunc omissio honorandi est quædam positiva interpretativa inhonoratio.

Circa modum restituendi honoris docent Doctores honorem esse restituendum per exhibitionem honoris facti inhonorato. hoc autem potest fieri 1o eum honorifice salutando vel compellando. 2o dando honorificum ... inhonorato, vel eum adhibendo ad mensam, vel ei propinando. 3o humiliter petendo veniam, [illegible] doloris, quando non dissimulat inhonoratus.

Ex his autem infertur 1o sufficere inter superiores, et inferiores, illustres, et plebeios, nisi inhonoratio inferioris, aut plebeii sit notabilis, ut quando fit alapa. 2do sufficere etiam erga æquales, nisi forte inhonoratio sit notabilis. 3tio sufficere et ... requiritur in inferioribus quoad superiores et in plebeiis quoad illustres. Quod sit sufficiens docent Lessius, Bonacina, Guillen et alii; Doctores vero alii existimantes eam insufficientem inter ... viros nobiles illatam.

 90

Disputatio VIIa.

De restitutione ratione damni Spiritualis.

questio 1a

an qui privavit alterum bono spirituali naturali teneatur ad restitutionem?

Cogimur, vel nolentes brevissime, et compendiose questiones sequentium disputationum solvere. Dico primo: qui privavit alterum bono Spirituali v.g. usu rationis, memoria, veneno, vel aliter, tenetur illum reducere ad pristinum statum, quantum potuerit, et recompensare damnum in bonis fortunae inde proveniens. Ita docent DD.

. quia est iniusta damnificatio reparabilis tenetur illud, quantum potest reparare. Probatur 1a. Ratio 2a partis est, quia

Disputatio 8a de ordine, et circumstantiis restitutionis. Quaestio 1a de ordine restitutionis.

Disputatio VIIIa

De ordine, et circunstantijs restitutionis.

Quaestio 1a

De ordine restitutionis.

Circa ordinem restitutionis quaeres 1°, an debita certa sint prius restituenda, quam incerta? Certa dicuntur, quorum creditores cognoscuntur; incerta vero quorum creditores non cognoscuntur: et ad haec reducuntur debita, quorum creditores adiri non possunt, vel non debent.

Sit nihilominus dico: debita certa sunt prius restituenda. Ita Vasquez, Lessius, et Bonacina, D. Molina. Quia quae debita certa debentur iure naturali suis creditoribus; incerta vero, quamvis hypothecaria, debentur pauperibus iure humano; ergo etc.

Quaeres 2°, an res empta ad creditorum stante apud emptorem prius sit restituenda, vel solvenda prius venditori, qui illam vendidit, aliis creditoribus? Plurimi negant; quia res illa nullo modo adhuc tacite est hypothecata venditori. Et affirmat Lessius cum aliis, quia res illa est obligata pretio, et tacite hypothecata. Utrumque videtur probabile.

Quaeres 3°, an debita personalia ex delicto sint prius solvenda, quam debita ex contractu? Dicitur negative; quia nullo iure est ordo aliquis praelationis inter eiusmodi debita.

Quaeres 4°, an debita personalia ex contractu oneroso sint praeferenda debitis ex contractu gratuito? Negant Vasquez et Lucianus; affirmant vero Lessius, Bonacina, et Becanus. Quia primum includit tacitam conditionem, nisi quid obstet; obstat autem praeiudicium creditoris ex contractu oneroso. Unde prius solvenda sunt debita defuncti, quam legata etiam pia.

Quaeres 5°: an sit prius solvendus integrè creditori non privilegiato pauperi, et inter pauperes pauperiori. Respondeo 1°: procedit quando, quando paupertas tanta est, ut sit obligatio ex misericordia illi subveniendi; quia tunc est illi prius solvendus, ut constat ex materia de charitate. Procedit 2°, quando paupertas non sit tanta, ut inducat obligationem subveniendi ex misericordia. Et in hac secunda affirmant Medina, et Valenzia; negant vero Vasquez, Lessius, et alii, et bene, quia nullo iure praelationis gaudet pauper; ergo etc.

Quaeres 6°: an debitum antiquius sit prius solvendum. Sit 1a conclusio: res hypothecata prius est solvenda debitis realis, quam personale. Ita communiter Doctores, ex lege eos casus qui potiores in pignore. Ratio est, quia hypotheca datur creditori ad securitatem, ut in omni eventu possit ex ea exigere solutionem. Conclusio intelligenda est etiamsi sit debitum posterius tempore contractum.

Sit 2a conclusio: inter creditores reales, seu hypothecarios regulariter prius solvendus est ex hypotheca creditori priori tempore. Constat ex regula iuris: qui prior est tempore potior est iure. ~~[illegible]~~

~~[illegible]~~.

quæstio. 2ª

De circunstantia restitutionis.

Quadruplici distinctione complectemur, quæ attinent ad circumstantias restitutionis. Sit 1ª: restitutio ratione iniustæ acceptionis facienda est in loco, in quo dominus rei suæ erat habiturus, et expensis debitoris; deductis tamen expensis, quas dominus faceret servando, vel deferendo. Dico, quod iniustus acceptor, vel destructor est causa iniusta, quod dominus careat re sua in eo loco: ergo Dico.

Sit 2ª distinctio: restitutio ratione rei acceptæ sufficienter fit in loco, ubi res periit restituturus. Dico, quod iniustus possessor non fuit causa iniusta, quod dominus illa careat ergo Dico.

Sit 3ª distinctio: restitutio rei debitæ

restitutio rei debitæ ex contractu facienda est eo loco, et tempore, de quo inter se contrahentes convenerunt tacitè, vel expressè. Ratio, quia ad id se obligant contrahentes.

Sit 4 conclusio: restitutio debet fieri statim, ac commodè potest à restituere per se, vel per 33 personas. Prior pars patet, quia extinctio omnium rerum laborum est ... Posterior pars patet, quia restitutione quovis modo facta satis fit obligationi ex iustitia commutativa.

Ad duo capita reduci possunt causae omnes excusantes debitorem à restitutione, alterum ex parte debitoris, de quo quae sequuntur, et alterum ex parte creditoris, de quo in sequenti.

Sit 1a conclusio: ex parte creditoris excusat à restitutione remissio debiti expressa, vel tacita, seu prudenter praesumpta, quia tunc debitor nihil retinet invito rationabiliter domino. Debet autem haec remissio fieri libera, et non metu, vel fraude, vel mendacio extorta.

Sit 2a conclusio: solutio facta creditori tui creditoris excusat te à restitutione in foro conscientiae, quia per eiusmodi solutionem acquiris ius, quod alter habebat contra tuum creditorem, et quod tanti valet, quanti ius tui creditoris. Quapropter restituendo utaris compensatione.

Sit 3a conclusio: compensatio facta creditori per contractum aequivalentem vel gratis factum excusat à restitutione. Ratio, quia per contractum aequivalentem sufficienter damnum reparat.

Sit 4a conclusio: differri potest restitutio, imo debet, quando abusurus est re creditor ad peccatum, ut si pecunias repetat ad peccandum, sive peccatum sit contra iustitiam, sive non; nisi tamen ex negata restitutione timeret maius malum. Ratio, quia tunc creditor est irrationabiliter invitus.

Regula generalis pot esse, ea omnia, quae faciunt ut creditori rationabiliter deferat, excusant debitorem a restitutione. Unde plures numerant causas omittendi sine peccato, aut differendi restitutionem.

1.a si sit defectus culpae gravis theologicae. 2.a damnum grave imminens ex restitutione, damnum grave in honore, vita, aut fama sibi imminens, vel suis, vel reipub., vel creditori, vel etiam alij tertio. Creditor ardens duxat. Unde adulteram dicunt, manifestare adulterium ad impediendum damnum filiis legitimis quaerens. Damnum vero ipsorum in bonis fortunae non sufficit, quando ex dilatione gravius aliud damnum timetur eventurum creditori. Nec sufficit spes magna [illegible] ipsius, nisi sit nam ad satisfaciendum alijs creditoribus.

3.a inopia, rara [illegible] non posse vivere secundum decentiam sui status vitae acquisiti. Nisi tamen sua culpa in illas angustias devenerit, v.g. ludis, expensis superfluis &c. Omnis creditor ex ditione aequaledam non subire debeat. 4.a extrema necessitas. 5.a si nequeat restituere absque periculo suae salutis, vel vitae. v.g. si sit periculum quod facta restitutione mulier in desperationem, vel sui filii se dent latrociniis, vel meretricio. Tenebitur tamen restituere, si post emitur veniat ad pinguiorem fortunam. 3.a Quoad obtentum a Rom. Pontifice. Vel pot esse ingressus in religionem, qdo nulla sit spes prudens, quod manens in saeculo possit solvere creditoribus.

Quod si spes sit, adhuc posse se licite ingredi religionem docent cum S. Thoma Cajetanus, et plures alij religiosi, relinquendo bona sua creditoribus. Moderantur hanc sententiam Lessius, Navarrus, et alij ut tamen sit vera, qdo manens in saeculo non potest solvere intra breve tempus, v.g. biennium, negant tamen absolute Laymann, Turrian., Molina, Re-

Reginal, et Bonaz; q. hunc debitae iniuriae faciens creditoribus

a libere efficiendo imponens ad soluendum. et Ipse ex motu Clem.

8 edito anno 1602, duras graues imponit poenas recipientibus in

religione aere alieno grauatos. Et haetenus dexestiruoc. Cedant ob-

quein Gloriae Dei Optimi Maximi, nec non in laudem Bea-

tissimae Virginis Mariae ab omni originis labe semper immu-

nis, Sanctissimi & Patriarchae Ignatii de Loiola opti-

mi Parentis, atque tandem tandem Sanctorum Apo-

storum Petri, et Pauli, in quorum peruigiliam-

nio huic labori coronidem imponi-

mus. quarto Kalendas Iulij

anno à partu Virginis,

MDC,LXXXI

à Bacc. Baltha-

sare à Regibus

et Azevedo

sub correc-

tione RR.

P.ᵘˢ M.I.

à Tanox-

tu e So-

cietate

Iesu

Mora-

lis Theo-


logiae

Profe-

ssore dig-

nissi-

mi





DISPVTATIONES THEOLOGICAE DE MVTVO ET VSVRA

DISPUTATIONES THEOLOGICAE DE MUTUO ET USURA.

Prolocutio

Notitia contractus mutui et usurae, quae in ipso committitur, adeo necessaria ad munus confessarii recte obeundum, ut omnes suppliciter existimem [illegible] utilitatem commendare, et multis longeque pluribus extollere. Quod calamo in hoc anno accurate contractus quidditatem exponemus, ea inter alia mirum plus [illegible] quod implexas satis difficultates contineat, quae in excipiendis confessionibus frequenter occurrunt. Quia enim contractus quo homines utuntur, et foenori dant, vel accipiunt pecuniam valde frequentes sunt, valdeque obnoxii usurae foedissimo crimini; imo omnes fere difficultates contractuum, quae inter theologos moventur, ex eo oriuntur, quod usurae periculum afferant. Materiamque hanc utilissimam fore auditoribus meis iudico, qui ad munus confessarii instruuntur. Quid enim utilius esse potest aliorum iudici et arbitrio, cuius officii est actiones huius ad normam divinae legis exaequare, quae necesse frequentissime contractus conficere, clamet quam maxime, in quibus pedem tuto figere, et quibus periculis, praecipitiisque timere possit.

Satis videor tractationem hanc diligentia meis viribus oberiore experiri, qualem potuerimus adhibebimus, atque veritatem constitutam esse, et apud auctores solidis fundis stabilitas, quae ad dirigendas conscientias deservire possunt, colligamus, et

et ita dis ponamus et convenientes [illegible] dicere [illegible] [illegible] ratiocinatus

Totamque materiam in sex disp. dividemus in 1.a primo de contractu mutui, eiusque conditionibus, et obli- [illegible] [illegible] 2.a de aliis contractibus, in quibus [illegible] 3.a [illegible] de causis excusantibus usuram, sive accipienda aliquid ultra sortem in mutuo sine usurae labe. in 5.a de restitutione eorum, quae per usuram acquirunt, et de personis, quae ad illam tenentur. in 6.a denique de accipiente mutuum sub usuris, sive de solvente aliquid ultra sortem in mutuo. Disputatio 1.a De contractu mutui.

Disputatio 1.a

De contractu mutui.

Quoniam praecipuus, imo totus fundus, aut materia usurae immititur, et contractus mutuationis, prius explicare oportet mutuum, ut postea generaliter ad usuram calamum adhibeamus. Quaeritur 1, quid sit mutuum? C. 1. mutuum definitur

Quaestio 1.a

Quid sit mutuum?

Cap. 1

Mutuum definitur.

Mutuum hic sumitur, non pro ut sumitur pro re ipsa mutuata, quae aliquando mutuum dicitur, et pro ipsa actione mutuandi, quae dicitur mutuatio, de qua DD. specialiter agunt. in hac acceptione mutuum est contractus, in quo res traditur, et transfertur dominium in recipientem cum obligatione restituendi postea tantundem in specie et bonitate. ille autem, qui rem tradit, dicitur mutuans, qui vero illam accipit, dicitur mutuatarius. ad huius definitionis intelligentiam singulae particulae exponendae sunt. Dico 1.o

Dicitur 1° mutuum contractus, qui nomen explicat de cetero generalius, quo convenit cum aliis speciebus contractuum. 2° dicitur in quo res traditur, quia mutuum traditione perficitur, ut donatio, commodatum, et depositum, ad differentiam emptionis, venditionis, locationis, conductionis, et aliorum contractuum, qui verbis perficiuntur. 3° dicitur, et transfert dominium in recipientem, per quod differt mutuum a commodato, et deposito, in quibus res traditur; dominium tamen manet penes ipsum dantem. Ideo enim dicitur mutuum quia ita datur, ut quod erat meum fiat tuum. Et hac de causa si res mutuata perierit etiam fortuito, et sine culpa, non perit mutuanti, sed mutuatario. Quia sua erat, et res suo domino perit.

Quarto dicitur cum obligatione restituendi, ut in hoc differat a donatione, ex qua nulla eiusmodi obligatio resultat. 5° dicitur, postea quoniam de ratione mutui est ut restitutio non fiat statim: alioquin esset permutatio. Denique additur tantundem in specie, et bonitate, quia si res alterius speciei restituatur, non erit contractus mutui, sed permutationis, ut si reddat oleum pro vino. Et si non sit eiusdem bonitatis, et valoris non servabitur aequalitas in contractu, quae postulat ut tantundem restituat, ac fuerat acceptum. Unde si quis in mutuo accipiat vinum vetus, et reddat novum, vel accipiat triticum novum, et reddat vetus, ac deterioratum, non servat aequalitatem, quoniam non restituit vinum, et triticum aeque bonum cum eo, quod acceperat.

Observandum tamen est cum P. Molina tom. 2 de iustitia et iure disp. 299 non esse contra rationem mutui, quod restituatur eadem numero res, etsi esse de ratione mutui, quod mutuatarius non teneatur restituere idem numero, quod mutuo accepit. Nam cum mutuatarius solum teneatur restituere tantundem, sive aequivalens eiusdem rationis, et bonitatis, utique plene satisfacit, si reddat id ipsum, quod accepit non dete-

- Aexdorahy n'sit.

Obicauandy 2.º ex eodg D.c Molina, qd cy in mutuo pecuniæ pctissimy heat, rão valoris, qug het, ut pecunia, ideo res eiusdg valoris, ac qualitatis, siue bonitatis reddi censetur, si pecunia eiusdg valoris restituat, quæ-uis n̄ sit eiusdg nẽs, seu metalli. V. g.ª siquis accipit mutuo ducentos nummos aureos, satisfaut solutioni mutui, si æqua-lg valore pecuniæ argenteg, aut æris restituat, l'ẽ contra-rio: nisi in pacto fuerit deductu, ut reddat pecuniam eius-dg materiei, siue metalli. Aut nisi lex, l̃ consuetudo ẽẽt, ut q̃, alliqua debitorg in argento, aut auro soluat, ut in Lu-sitania.

Communiter iuris periti, et cy ipsis theologi docent

orig mutui ẽẽ res, quæ ingondere, no, et mensura consistit.

dixerit— Razõ, q̃ id ducit in lege 2.ª ff de conty petat. et ..., ..., id n̄ possunt in dese, q̃ ut bene docet D. Molina hic tunc loquunt, de mã mutui regulariter, et ut plurimy, id q̃ asserant ad discernendy inter contractu mu-tui, et comodati, qdo res cadit sub dubiy. Razõ, q̃ eo p̃cise, qd res tradatur, et illius dominiu transferat in recipientg cy obligatiõe ut restituat postea res alia eiusg rationis, et bonitatis, dat mutuy, lt res tradita ingondere, nõ, aut mensura appréndistat. V. g.ª siquis petat eqũ ab alliquo reddituy ei postea alliy silg, dat mutuy.

Prop-ter eadg razg exclusi á dese mutui cy D.c Molina, et Lesso, partẽ illg ab alliy positg, scilicet rei usu consumptibilis. Nã siue res usu consumat, siue nõ, dũ tn̄ tradat, eo aio, ut fiat accipientis cy obligatiõe restituendi alliy silg in bonitate, et spẽ, exercet contractũ mutui. Ut si aurifex pe-

tat ab amico aliquot ponderam auri ad efficiendum artefactum reddiderimus aequalia eiusdem materiae. Vide Sto docuit Navarrus cap. 17 mutuum reperiri in aliis rebus, quae usu consumuntur et si verum sit ut plurimum in his reperiri. Ut bene, docuit P. Molina.

Noe a rei consumptibilis, sive quae usu consumuntur comprehendunt authores ex iure res quarum usus est consumptio, ut vinum, oleum, etc. (alienatio, ut pecunia. haec enim quando ea aliquid solvit, consumi dicitur vel dandis, quod eiusmodi usu transfert dominium illius in alium. haec res a iuris peritis dicuntur accipere functionem ex lege 2a ff. si certum petatur, quod una possit pro alia substitui, et illius vice fungi. Ut, frumentum pro frumento, oleum pro oleo, et pecunia pro pecunia.

Ex dictis colligitur discrimen inter mutuum, et commodatum, quae inter caetera Sto asseruit Salmaticis, nam commodatum est contractus, quo res aliqua quoad solum usum gratuito conceditur. Unde in commodato non transfert dominium sicut in mutuo; et tamen conceditur res quoad usum, atque adeo dominium manet penes commodantem, et eadem est restituenda. Quod si forte absque culpa commodatarii (sic dicitur recipiens rem commodatam) res perit, non ipsi, et commodanti perit, quod res perit domino, et commodans dominium illius, non a recipiens, cum solum ad commodum fuerat concessa. Commodatum enim dicitur quasi ad alterius commodum datum. Propter eadem rationem translationis dominii, quae essentialiter involvit mutuum, hoc sufficienter differt a locato, et deposito, in quo dominium rei non transfert, in accipientem.

Colligitur 2o definitio moralis huius fabricae mutui, in qua fere est consensio tradentis rem et illam accipientis, atque ad tantundem eiusdem rationis, et bonitatis restituendum seculi-

se obligantis. Materia est res ipsa, quae traditur. Causa efficiens est ipsi contrahentes, qui dominium transferendi, et accipiendi; alter alteri se obligandi liberam habent potestatem. Effectus eorundem est dominii rei traditae translatio, et obligatio accipientis ad tantundem aliquando reddendum. Ad executivam ipsa traditio &c.

C. 2. Divisiones mutui.

Cap. 2um

Divisiones mutui.

Mutuum potest triplicitur considerari. Primo ex parte rei, quae mutuo traditur. Secundo ex parte modi, quo ultimo qui tradit mutuo res. 3o ex parte circumstantiarum, quae comitantur ipsam actionem mutuandi. Mutuum in 1a consideratione dividitur in illud, quod ponderatur, quod traditur, ut aurum, argentum, et in illud, quod mensuratur, ut vinum, et oleum, et in illud, quod numeratur, ut pecunia, de quibus fit mentio in institutis, quibus modis re contrahitur obligatio, et in lege 2. ff. si certum petatur: et assignantur ut materia communis et regularis mutui: ac denique in omne illud, quod alteri traditur quoad dominium cum obligatione restituendi idem, sub eadem specie, et bonitate, quod dicitur materia extraordinaria mutui. Mutuum

Mutuum in 2a consideratione dividitur in formale, et expressum, sive explicitum, et in virtuale, tacitum, sive implicitum. Mutuum formale, et expressum, sive explicitum datur, quando quis tradit actualiter alteri rem aliquam, et ponit omnia, quae requiruntur ad contractum mutui. Mutuum vero virtuale, et tacitum, sive implicitum datur, quando fit aliquid, quod aequivalet mutuo formali; ut quando celebratur contractus, in quo intercedit anticipata, aut dilata solutio. Ut quando quis vendita pecunia virtualiter dat emptori mutuo pretium. Quod idem est, ac si statim emptor solvisset venditori pretium, et ab illo

deinde acciperet mutuo usque ad tempus dilatæ solutionis.

Sibi tamen qui emit antecipata pecunia seu solutione [illegible] ac si pretium illud mutuo daret venditori usque ad tempus receptionis rei emptæ. hoc mutuum virtuale solet appellari palliatum. et in eo committitur usura virtualis, seu palliata ab emptore, qui ob anticipatam solutionem minori justo pretio emit: et a venditore, qui ob dilationem solutionis rem vendit pluris justo pretio.

Mutuum in 3° consideratione dividitur in licitum et illicitum. licitum est in quo servantur omnes conditiones debitæ, et nihil adiungitur, quod redundat in honestatem. Illicitum est, in quo non servantur circumstantiæ debitæ, quæque a sint circumstantiæ debitæ et quæque circumstantiæ vitiare valeant contractus mutuationis exdicendum in tota materia [illegible] crescent. Mitto alias mutui divisiones, quæ magis spectant ad iuristas, quæ ad theologum quæ [illegible] de obligationibus ex mutuo consurgentibus.

Quæstio 2.

De obligationibus ex mutuo consurgentibus.

Ex quolibet contractu valide celebrato vera consurgit obligatio, ut in materia de contractibus ex [illegible] contradistinctæ [illegible] mutuum verus [illegible] contractus, hinc ipso vera reparari obligatio necesse est. Multiplex ergo obligatio consurgit ex mutuationis contractus, quæ se habet ex parte mutuantis, et multiplex etiam ex parte mutuatarii. Ex parte mutuantis triplex communiter recensetur. 1. ne repetat mutuum ante usum, consumptionem rei mutuatæ, statim postquam [illegible] expectet usque ad tempus præfixum in mutuo. alioquin mutuatarius (tamen mutuum dedisset, magnum aliquod dispendium pateretur mutuatarius, si statim ac hoc mutuum restituendum aliud sibi accipere cogeretur. Quoniam mutuans æquali necessitate sit, ut repetere

rem mutuum ante tempus solutionis.

Secunda, quod mora ad mutuatarium deditoris rei mutuatae, si culpabilis sit, aliisque tenetur in conscientia ad restituendum damnum proveniens mutuatario. 3.a quod relinquatur liberum mutuatarium ad reddendum mutuum, quum primum voluerit.

Ex parte mutuatarii obligatio est quod reddat mutuum intra tempus praefixum a mutuatore: aliter tenebitur ad recompensandum damnum ex illius mora culpabili proveniens mutuatori. Secunda, quod restituat rem eiusdem generis. 3.a quod restituat rem aeque bonam quoad substantiam, et qualitatem ipsius.

Circa has obligationes quaeres 1.o quo tempore faciendasit solutio mutui, quando a contrahentibus non est assignatum de die? Respondet, faciendam esse, quando a mutuante petita fuerit, iuxta Castell. lege 2.a titulo 1.o non debere fieri donec transacti sint decem dies post mutuum acceptum. Ita Gaspar Hurtado, qui notat hunc mutuum saepe esse precarium.

Est autem precarium contractus, quo rem alicui gratis ceditur ad usum, quamdiu is, qui eam cessit, non revocaverit. Adhuc tamen in hoc contractu ita ceditur res pro tempore relicto voluntati cedentis illam, ut statim, absque intervallo aliquo temporis non arbitrio viri prudentis requisito repeti, nisi causa rationabilis superveniat, cum statim repetat; ratio est, quod ex huiusmodi repetitione, et revocatione repentina voluntati praesumitur, dolus in cedente ne se voluisse nocere accipienti cessione, statim repentina repetitione. Et de hoc suo loco.

Quaeres 2.o in quo loco faciendasit solutio mutui? Sicut solitum est fieri, facienda est in loco assignato a contrahentibus. Advertunt tamen in assignatione loci curandum esse, ne mutuanti, aut mutuatario imponatur

nat, quia aliquid iniustum, utrique seruet aequalitatem. Iuxta Castellum
quod docuimus in 2a [illegible] a [illegible] in ipso contractu solui de-
bet fieri in loco, in quo petitur.

Quaeres 3 an liceat sit semper
in mutuo deducere in pactum, ut mutuum restituat in eadem men-
sura, etiam si pretium illius tempore redditionis creuerit? V.g. aliquis qui
mutuo dederit viginti modios tritici valentes nunc viginti aure-
os, exigit [illegible] modios tritici, etiam si pretium crescat tem-
pore solutionis ad viginti quinque. Sotus lib. 6o q. 1 art. 2
indicat in mutuo semper exigi posse eadem mensura, vel idem
pondus rerum. Ratio est, quia in mutuo attenditur proportio, siue aequa-
litas corporum, quae mutuantur, in speciem: non vero spectatur pretio-
rum aequalitas, ut patet in emptione, et venditione, quae mutuum est 3a.

Quaero
Primo rest. 1o, si quando fit mutuum, dubium [illegible] pretium crescat,
vel decrescat valor tritici, licitum est deducere in pactum, ut totidem mensurae
tritici eiusdem bonitatis reddantur, idem dicendum de quolibet alia materia
mutui. Ratio est, quia tunc par est utriusque [illegible] et aequaliter pe-
riculo et [illegible] modo utraque pars exponitur. Neque [illegible] sit mutua-
torpt lucrari ita ut amittere. Unde [illegible] licet idem quando
mutuum non [illegible] et casu [illegible] tempus
redditionis pretium valeat. Et in hoc casu indicat [illegible] uerior
opinio [illegible]

Ad 2o, si tempore, quo fit mutuum, praevideat pretium
augendum, non posse deduci in pactum ut restituat mutuum ad eadem
mensuram sed ad maiorem in eadem valore. Ratio est, quia si exigeret
tritici ad eadem mensuram tempore quo pretium valiturum esset exigeret
aliquid ultra sortem ex ratione mutui, nempe excessum valoris:
et id exigere illicitum est 3a.

Unde colliges, quod si tempore mutui

Quidem, Tamen rei mutuatae, v.g. tritici, minuendo tempore restitutionis, quo mutuator exigeret maiorem mensuram quantum valoris tritici, et mutuatarius tenebitur restituere tritici ad maiorem mensuram, quae adaequet valorem tritici tempore contractus. Ratio est, quia aequalitas remanet, et aequalitas, cum non redderet, mutuum in aequali valore; ergo licitum.

Dicet 3°, si tempore contractus non quidem, neque attendat augmentum futurum pretii, sed huic pactio mutuator de reddenda eadem mensura altricam. Ratio 1a, quia mutuans habitum, ut sibi reddat rem mutuatam, v.g. tritici in eadem specie et quantitate. 2°, quod hoc est de natura puri mutui, quod scilicet tantumdem restituat in eadem specie et bonitate. Quare qui mutuo dat, vel accipit, hanc intentionem habere censetur, donec aliud non explicat.

Atque

Dico certae inter DD.ses, quando mutuans servabiturus erat rem mutuatam, v.g. triticum, ad tempus, quo plus erat valiturum. Sed tunc detrahendae sunt expensae, quas faceret mutuans in conservandare mutuata toto illo tempore, et id, quo aestimat periculum, quod apud ipsum res mutuata, vel corrumperet, vel deterioraret. Sed de hoc reddibit sermo disp. 2a de usura. q. 3a an omnes rationes mutui obligent?

Questio 3.a

an omnes rationes mutui obligent?

Inna[?] de contractibus asserunt doctores omnes, quod ubi usus rationis est impeditus, et habet bonorum administrationem, si alias iure licito non sit impeditus, posse contrahere, quatenus administratio se extendit, eum vero, cui deficit usus rationis, vel administratio bonorum, vel iure licito impeditus est, non posse contrahere.

In praesentiarum difficultas

deupliq traduntur requiz generaliz. Nē ea res, et illq ptis mutuare, qui heat dominiy rei, et n̄ sit impeditus eā alienare, et etiā eos, qui noē Dni rei possunt de eadē disponere. Ratio ē, qd pr mutuū transferat dominiy rei in accipientē: et ij et solus Dnus rei n̄ impeditus eā allienare, l qui noē illius valet de re disponere, pt transferre dominiy rei in accipientē: ergo et solus Dnus rei n̄ impeditus eā alienare, et etiā qui noē Dni rei pt de illa disponere possunt contracty mutuū inire.

Secunda regula ē, oes eos qui possunt contrahere, obligari iure naturali ad mutuū ex privilegio et iure pōtiō aliqui eximuntur ab ea obligatione, nempe filius et filiafamilias, Ecclesia, civitas et minores, ut in sequentibus difficultatibus explicabitur.

Difficultas 1ᵃ

an filii familias possint mutuū dare, et accipere? Resp. filios familias sub Patris potestate constitutos, quoquū sint majores vigintiquinque annis, eximi ab obligatione solvendi pecuniā mutuatā absque consensu Patris acceptā (nomine Patris comprehendit etiā avus, si sint sub ejus potestate) unde filii familias n̄ possunt ex mutuo obligari. Constat hæc veritas ex iure Cesareo lege 1ᵃ et penultima cap ad Macedonianū, et iure Castellæ lege 4 titulo 1° qui eximit, & a prædicta obligatione n̄ solū filius, sed etiā Dx illius etiā si specialiter filii heat, et illius fideiussor, si fuit.

Decrevit a hoc ius advitandaeque praecavendainde moda, quā occasione mutui a filiis, l filiabus accepti suboriebant. filii parentibus vitæ insidiabant, ut hereditate potiti debita contracta persolverent, ut constat ex lege 1ᵃ et sequentibus ff de senatus consulto Macedoniano.

An eximant n̄ solū in foro exteriori, sed etiā in interiori? dissentiunt DD.ᵃˢ

Posita opinio plurium docet eximi etiam in foro interiori subiecta lege Maced. Ita Dd., Leh. cap. 20. dubitatione 2., Laim. Antonius Gomez, et alii citati. Ratio est quod praedicta mutua absque licentia parentis e mutuis filii familias non obligant in foro conscientiae ad illius solutionem. Oppositum defendunt Covarrubias, Turrianus, Rebelus et Bonacina disp. 3. q. 3. punct. 1.

Unde colliges filius familias mutuatarius ad nihil teneri in foro conscientiae, nisi rae rei acceptae, hoc est, si retineat pecuniam sibi mutuatam, aut ea factus sit ditior; hic enim tenebitur in foro conscientiae restituere pecuniam, vel id in quo per pecuniam factus est ditior.

Excipiendi tamen sunt ex haereo ullae et privilegio aliqui casus, in quibus filii familias, vel eius parentes ipsis tenentur mutuum solvere. Primus est, si filius familias mercedem debat, et sui iuris, aut se esse sui iuris affirmabit, nec lendum pro eo id indicavit mutuans. 2us, quando filii familias tempore contractus mutui habebant bona castrensia, aut quasi castrensia, vel etiam adventitia, quorum usufructus, et administratio ad ipsos pertinebat ex dispositione legis, ex pacto, vel statuto. Pro intelligentia huius casus est notandum ex materia iustitiae et iure quatuor genera bonorum, quae spectare possunt filio familias sub patria potestate constituto, nempe castrensia, aut quasi castrensia, adventitia, et profectitia.

Bona castrensia sunt, quae occasione militiae, aut custodiae praesidiorum, vel personae Principis etiam in palatio acquiruntur a filio familias. Vos, ut stipendia et spoliationes, dona vel legata a commilitonibus, vel ducibus, vel principe facta occasione militiae, vel custodiae, dona facta a parentibus, vel cognatis filio profecturo, vel iam profecto ad castra, vel in praesidia, vel in custodia Principis.

Bona quasi castrensia, quae sic appellantur, quia gaudent privilegio castrensium, sunt, quae filio acquiruntur ex stipendio ex officio publico, non mechanico: ut magistrorum, iudicum, advocati, tabellionis, medici etc. donatio Principis, vel Parentis, aut cognatorum facta filio proficiscenti, vel ... affecto ad palatium Principis, ad ei serviendum, vel ex beneficio Ecclesiastico, vel ex titulo clericali gaudentis privilegio fori: immo quaequomodolibet sub eius dominium cadunt, quae in aliis filiis adventitia essent.

bona adventitia, quae adveniunt filiofamilias non occasione castrorum, aut quasi castrorum, nec donatione Patris, nec alterius intuitu Patris, et propria industria acquisita extra domum Patris, vel in domo Patris; operis etc. extraordinariis ... lucrum comparat, quia consumat et signet sibi lucrum comparare ... Patris, vel legato a non primipe, vel hereditate matris, vel ascendentium matris, vel fortuito, ut si inveniat thesaurum.

Bona profectitia sunt, quae neque castrensia, nec quasi castrensia, neque adventitia proficiscuntur filio ex bonis Patris viventis ipsi donatis, vel in administratione datis, vel quae filio ab altero donantur principaliter intuitu Patris, nempe ob amicitiam, vel obsequium Patris.

B[?] casus exceptus est, quando mutuum non fuit in pecunia, sed in re alia: nisi hoc factum sit in fraudem legis, ut ex vendita, pecunia acquireret. 4[?] si debita prius erat pecunia ex venditione, vel alio titulo, et deinde ex creditore, ut mutuo detineret ipse habeat, nisi hoc etiam fiat in fraudem legis, ut quis fiat venditio, et postea deveniat in mutuum. 5[?] quando invito Patre, vel ipso sciente, et non contradicente mutuum accepit, vel si Pater solitus erat solvere mutuum filii, vel postea contractum approbavit, vel fideiussit, vel filius ipse sui iuris factus approbavit, vel confirmavit contractum mutui,

101

l soluere cepit. 6^u si accepit pecuniã Deusq in Patris vtili-
tatẽ.

Septimus si accepit pecuniã ad ea, qua P.^r erat suppedi-
taturus, vt qdo longe est a Patre, accepit mutuũ ad emendos li-
bros, et alia sibi naria. Octauus, qdo filius a P.^e [...] fuerat
alicui negotiationi, cuius causa accepit mutuo pecuniã: tunc enĩ
P.^r soluere tenet.^r Nonus, qdo filius familias n̄ accepit pecu-
niã mutuo, et fideiussit p alio mutuũ accipiente
nisi hoc fieret in fraudẽ legis, nempe ut filius familias postea
pecuniã [...] pararet, et mutuũ [...] fieret fraudis. Decimus
si tempore mutui erat miles filius familias. Hos decẽ enu-
meratos casus explicat et probat P. Molina disp. 30 cũ
seqq.

Undecimus, si iurauit se soluturũ mutuũ: tunc enĩ te-
net.^r soluere saltẽ post mortẽ Patris, quando [...].
pt tñ in hoc casu filius familias petere relaxationẽ iuramenti,
et eã obtinere, q^a n̄ e in preiudiciũ tertii. Nã iuratum non habet
vim ad solutionẽ. Ita Pr Gaspar Hurtado cũ aliis.

Quaeres hic,
an filii familias teneant.^r soluere, qdo uiuente P.^e, pecuniã
mutuo accepere, renunciantes priuilegio Edicto, qd dicit.^r
Macedonianũ? Resp.^t negatiue. q^a hoc priuilegiũ n̄ fuit
factũ in fauorẽ filiorũ, s^d in fauorẽ Parentũ, quorũ uitã insi-
diabant.^r filii ad soluendũ pecunias mutuatas: nemo a[utem]
pt cedere priuilegio facto in fauorẽ alterius. Ita ex lege
Itamesi ff ad Macedonianũ docet cũ Gomezio et aliis Bo-
nacina de Contractibus disp. 3ª puncto 1°.

Difficultas secunda, an
Clericus teneat.^r ad restitutionẽ mutui accepti nõe Clerici [...]
[...] loco sui. Resp.^t Clericũ n̄ teneri nisi mutuans probet

mutuatae pecuniae quaerit fuisse in utilitatem Ecclesiae, l oppidi, qui ita cum pluribus P. Molina disp. 300, P. Lessius lib. 2 de iustitia et iure cap. 20, Reginaldus, Revedus, et Bonacina cum aliis. Constat hoc ex lege civitas ff. si certum petat. Secus probatio creditoribus incumbit nam iaut beneadvertit P. Lessius, quando praelatus cum consensu capituli accepit mutuum, et illius solutioni sufficiunt bona mobilia Ecclesiae, neque ad alienationem rerum mobilium est opus, ut constet de Ecclesiae utilitate.

Difficultas tertia, an civitas teneatur ad restitutionem mutui accepti nomine civitatis comprehendit, et quodlibet oppidum. Resp. negative, quia eximitur ab hac obligatione ut constat ex lege civitas ff. si certum petat, nisi mutuans probet pecuniam cessisse in utilitatem civitatis.

Difficultas quarta, quid dicendum sit de minoribus? Minores in iure dicuntur, qui nondum expleverunt vigesimum quintum annum. Resp. minores eximi ab obligatione solvendi mutuum acceptum a suis tutoribus, l curatoribus, ff. de pig. minoribus, nisi mutuatarius probet mutuum cessisse in utilitatem minorum. Ita constat ex lege 3a cap. quando ex facto tutoris. Ita P. Molinae aliique. Datur tamen actio adversus tutorem, l curatorem, qui mutuum accepit, ut eum cogat ad reddendam pecuniam mutuatam. Ita P. Lessius lib. 2 de iustitia et iure cap. 20.

Difficultas quinta, an pupilli, et minores possint mutuum dare? Pupillus dicitur masculus ante decimumquartum expletum, et foemina ante duodecimum completum. Resp. pupillos et minores sine tutoris authoritate non posse dare mutuum. Ratio, quia non habent bonorum administrationem, ac proinde non possunt transferre dominium mutui. Quapropter, si res mutuata extet, potest eam vindicare, si vero consumpta sit, obligatus manebit mutuatarius pupillo, et minori.

Ita

Pupillus aut minor acceperit mutuum sine tutore, l curatore, non manet obligatus civiliter. Constat ex explicationibus legibus obligationis civilis non dari a minori, l pupillo sine tutoris, aut curatoris authoritate. Unde cogi non potest ad contractum implendum, ipso similiter sibi sit potest cogere illum, ex quo habet contractum. quod privilegium aliud quam in dignum ipsius retorqueri nequit.

Excipitur casus, in quo ex mutuo pupillus, aut minor factus fuit ditior; tunc enim potest civiliter obligari; et adversus ipsum agere-tur. Unde pupillus, l minor tenetur restituere id, in quo factus est ditior; ex mutuo accepto sine tutore l curatore manere obligatum naturaliter pupillum, l minorem plures sentiunt. In quorum sententia pupillus, l minor tenetur solvere quod accepit, ubi liberam bonorum suorum administrationem habuerit, nisi aliud obstet.

Difficultas sexta, an servi dare, l accipere mutuo possint? Resp. posse dare, l accipere mutuo servum, cui Dominus liberam peculii concessit administrationem. Extra hunc casum mutuum accipiens a servo, domino obligatur, non servo. quia dominus rei non est iste, sed ille. Quando a servus iussu, l nomine sui domini accipit mutuum, dominus ipse obligatur mutuatori. quod idem dicendum est, quando mutuum acceptum a servo versum est in utilitatem domini. in aliis casibus, in quibus servus accipit mutuum, non obligatur dominus; et ipse servus non civiliter, sed naturaliter. Quare si aliquando obtineat libertatem, mutuum restituere tenetur.

Difficultas septima, an procurator possit mutuo dare, l accipere? Resp. procuratorem habentem liberam bonorum administrationem posse mutuum dare, et accipere. Ratio est, quia facere potest omnia, quae potest Dominus: ergo potest mutuo dare et accipere. Procu-

(?)orq u.° qui n habet liberam potestatem, nec speciale mandatum domini in pecunia mutuo dare. Ratio est, quia in hoc casu nequit transferre dominium rei mutuatae: de hoc e. dionarius [?] ad raoq [?] multa. Sed haec. Disp. 2.a de usura in comm. [?]

Disputatio 2.

De usura in communi.

Ad expositionem nostram contractus mutui ... quam [?] prius facimus ad naturam usurae investigandam, quae in contractu mutui primariam sedem sibi constituit, et huius principium fundus [?] ... accrescere, si mutuans non emitteret. In quaestione 78 secunda secundae per quatuor articulos agit D. Thomas de usuris, et omnes eo theologi huic locum praecipuum [?] ... in decreto distinctione 41 et in decretalibus, et in Clementinis, ff. et cap. de usuris, et lib. 8 novae collectionis titulo 6. Summistae verbo usura. quaestio 1.a quid, et quotuplex sit usura? Cap. 1. definitur usura.

quaestio 1.a

quid, et quotuplex sit usura?

Cap. 1.

Definitur usura.

Nomine usurae usus rei designatur aliquando. Unde Cicero 3.a in Verrem: cum ipsis [?] lucis usuram tam diuturnam dedisti. Aliquando vero id, quod ex usu alicuius rei accrescit. Sic idem Cicero de senectute: terra nunquam sine usura reddit, quod accipit. Unde id incrementum, seu auctarium, quod tanquam [?] pretium pro mutuo exigitur, usus [?] id quod mutuo traditur est, appellatur usura. Solet etiam nomine usurae signari non solum lucrum ex mutuo, sed etiam actus, quo dato lucro intendit et accipit, et in pactum deducit. Alia usurae nomina vide apud Gavalinum [?], Molinam et alios.

In presenti mā á nobis dicenegs vsura habit^r vt [illegible] lucro, sive fructu, quem ex Qtio mutui accipit^r, et appellari solet foenus, et factus rei mutuatae illegitimus, et spurius. Usura sic accepta, quae obtinet, sive mā est vitii, et peccati usurae, est lucrum immediate proveniens ex mutuo. Consentiunt Aug., Hieron., et Amb. lib. 14 quaest. 3 cap. 1° et sequentibus. Si u° vsura accipiat^r active, quae dicitur peccatum usurae, est acceptio seu voluntas accipiendi aliquid ultra id, quod mutuo datum tanquam pretium illius, id est accipiendi aliquid tanquam pretium pro usu rei mutuatae. Inde reddit defo [illegible] Aug^{ni} in Psalmum 36, ubi ait, foenerari est pecuniam tuam dare alteri, á quo expectas plus accipere, quam dedisti.

Nomen lucri hoc notat acquisitio rei temporalis, quae pretio aestimabilis, et aliquid [illegible] debita supra sortem ipsam mutuatam, nempe rei quae vendi possit, aut permutari in commutatione, et circaquam pertentio obligatio civilis. Unde si quis intendat mutuo amicitiam aut benevolentiam mutuatarii, non committit usuram, quod talis amicitia et benevolentia gratis conferri solet. An vero aliquando in hoc reperiatur usura, dicemus disp. sequenti.

Appellatur sors id quod mutuo datum, vel illud equale, quod ratione mutui debetur, hoc est portio, principale, seu capitale, quod traditur, et accipitur. Profluxit á nobis sors à contractu societatis ad alios contractus, ut benenotat [illegible] Molina tomo 2 de iustitia et iure disp. 303. In contractu namque, unus quisque sociorum suam sortem, hoc est portionem sortis et fortunae expositam mittit in eorum acervum, ea quae tempore partitionis si ex habitis integra perseveret, et deinde partes lucri, quae ultra sortem ipsius obtigit. Dicitur usura, et lucrum usurarium, si quis mutuo daret centum aureos, ut reciperet centum et decem, quod illud augmentum supra sortem, quae hoc est sunt centum aurei, est quid indebitum attenta forma rationis mutui.

Ubi notandum, non quodcumque temporale lucrum pecunia aestimabile, et ultra sortem acceptum in pacto mutuo habere rationem usurae. Ideo additur in defin. immediate proveniens ex mutuo, quod denotat, ulterius requiri, quod ratione mutui exigatur, seu accipiatur, quasi pretium illius, et quasi debitum propter usum rei mutuatae; propterea si lucrum aliunde proveniat, non dicitur proprie usura. Ut si quis mutuet pecuniam, ut recuperet id, quod alius sibi debitum erat ex alio titulo, vel ut iniuriam, seu damnum sibi illatum recompenset, non committit usuram.

Est autem necessarium ad usuram, quod lucrum accipiatur ratione mutui. Idest tamquam pretium usus rei mutuatae. Et ideo ubi non datur mutuum neque expressum, neque virtuale, nulla intercedere potest usura, licet reipsa detur lucrum illicitum. Ut si quis rem vendiderit supra pretium iustum, reipsa compararet lucrum illicitum ex venditione; hoc tamen lucrum non erit usurarium, quia non provenit ex mutuo, sed ex iniqua venditione.

Unde regula certa ad dignoscendum, an contractus sit usurarius, est attendere, an in illo detur, seu intercedat mutuum expressum, vel virtuale. Si intercedat mutuum expressum, vel virtuale, et ratione illius intendatur lucrum tamquam pretium, contractus est usurarius: si vero nullum intercedat mutuum, contractus non est usurarius, licet alias sit iniustus, ut constat in lucro acquisito ex iniqua venditione.

Unde colliges 1°, nullam committi usuram ab eo, qui pecuniam suam locat ad ostentationem, vel recreationem, vel alium usum, et propterea moderatum pretium accipit. Ratio est, quia illud pretium non provenit ex mutuo, neque expresso, neque virtuali, sed ex locatione, et illud pretium et lucrum non est usurarium. Ita D. Thom. hic articulo 1° ad 6.

Colliges 2° esse usuram, si quis rem vendat pecunia credita carius iusto pretio rigoroso, quo res valet, numerata pecunia, et propter dilatam solutionem accipit augmentum ultra iustum pretium; quod est usura dicendum,

credito vendere e virtualiter mutuare emptori pretium, quod statim erat solvendum: ac per inde ratione mutui virtualis, seu expectatae solutionis aliquod lucrum accipit supra iustum pretium: ergo accipere lucrum ratione mutui virtualis e usura; quare vendere pecunia credita carius iusto pretio rigoroso propter dilatam solutionem e usura.

Colliges 3° esse usuram, siquis emat res vilius iusto pretio infimo propter anticipatam solutionem: quia anticipare solutionem e virtualiter pretium mutuare usque ad tempus traditionis mercis; quare detrahere aliquid de pretio iusto ratione talis mutui e usura.

Dices, quod e se poscere lucrum ex mutuo ut pretium illius: ergo recipere lucrum ex mutuo ut pretium illius e usura, quia [illegible] Molina disp. 303, et cum eo alii. C. 2. dividitur usura.

Cap. 2.

Dividitur usura.

Varie a iuristis dividitur usura, alii enim dicunt lucratoriam, alii compensatoriam, et alii punitoriam. Lucratoria est quae ratione mutui exigitur; compensatoria, quae exigitur propter aliquid aliud debitum. Punitoria est, quae in poenam deficientis in solutione mutui imponitur. Sed ex his sola usura lucratoria est proprie usura. Dividitur vero lucratoria quoad in pacto, nempe stipulata, et pactionalis ab aliquibus, quo vero iam e recepta, exactionalis est, quasi exacta, et recepta, et tunc solum dat obligationem restituendi non vero quando e pactionalis.

Usura a theologis omnibus aliis divisionibus dividitur in realem, et externam, et in mentalem et internam. Usura realis est, quando intervenit pactum expressum, tacitumque de reddendo aliquo lucro ex mutuo. Certa pactum expressum, quando quis dicit mutuo tibi centum ea conditione ut solvas centum et decem. Pactum vero tacitum, sive virtualiter, quando mutuans dicit mutuatario: ecce do tibi pecuniam mutuatam, tu non [illegible], pecuniam quidem, quod

aliunde nequeo uiuere, et ideo q̄ n̄ reddidit vacua pecunia,
l quid sile. Intelligitur venire pacty tacity de reddendo ex mutuo
lucrum. Vsura ad in qua interuenit aliquod pacty expl. et
realis, et externa, q̄ per eiusmodi pacty explicat mutuans externus
sua voluntas expresse, l tacite.

Vsura mentalis dat. qdo nullus interuenit pacty expressy, l tacity de reddendo lucro ex mutuo; at
reuera intendit lucrum ex mutuo tanquam pretium illius. Dicit a mentalis, q, lt traditio, et acceptio lucri sit actiones externae, mutuator tn
nullo mō nec expresse, nec tacite explicat voluntas accipiendi lucrum tanquam pretij mutui, quas voluntas explicat, qdo accedit pacty implicity, l explicity, et ideo tunc usura appellat realis.

Vnde colliges 1° ad raōz vsurae mentalis n̄ sufficere intendere lucrum
ex mutuo, et vlterius requiri, q intendat, vt pretium pro usu rei mutuatae; nam si lucrum intendat ex beneuolentia et gratitudine accipiendi, siue qd ex gratitudine, et liberalitate mutuatarii detur, n̄
ē usura, ut infra dicemus. Colliges 2°, n̄ solum ēē vsurae mentale
voluntas accipiendi lucrum ex mutuo tanquam pretij illius, sed etiam
peccatis. Vt voluntas furandi dicit furty mentale, lt nil ap. rei accipiat, inuito dño; et etiā si voluntas exeat in actiones externas accipiendi aliquid vltra sortem rae mutui, vt pretium
illius, qdo nullum interuenit pacty explicity, nec implicity, per quod
mutuans declaret sua voluntas, dicit vsura mentalis. Ex quo vsura
mentalis n̄ distingui a reali eomō, quo peccatum mentis distinguitur a peccato externo: nam in reali usura interuenit aliquid externum.

Diuidit. 3° vsura in apparentem, et palliatam. Dicitur apparens, qdo mutuans ē expressus, et realis, et rationabilis exigit lucrum. Vsura palliata dat.
qdo mutuans, ex quo exigit, ē virtualiter implicity, ut qdo quis ven-

dt carius, ingh[illegible] dilata peccunia, l emit vilius infimo p[re]tio anticipata solue. Aliqui docent vsura eẽ palliata, q[uan]do pactu intercedit implicitu, et virtuale. questio 2ª quo iure p[ro]hibite sint vsure?

C. 1. Vsure p[ro]hibite sunt iure nali. questio 2ª

quo iure p[ro]hibite sint vsure? Cap. 1.

Vsure p[ro]hibite sunt iure nali.

Supp[osi]to certu eẽ inter Catholicos vsuras eẽ p[ro]hibitas, peccatu[m]q[ue] eẽ illas exercere. Ost[endi]t Catholica Veritas ex Concilio Vienensi sub Clem[en]te 5. in quo d[icitu]r eẽ hereticos, qui docent vsura[m] n[on] eẽ peccatu. Vnde explodendi sunt errores Grecorum, Albanensium, et Iudeorum Ostendentium vsuras eẽ licitas, et nullo iure p[ro]hibitas, quos Subscripsit Carolus Molineus et [illegible] de [illegible], dy aggebat vsuras moderatas. hos errores refert, et refutat P. Valentia [illegible] questione 21.

Dificultas solu eẽ sit, quo iure p[ro]hibite sint vsure? que dificultas p[ro]cedit de vsura sumpta p[ro] actione vsuraria, qua exigitur aut accipitur aliquid vltra sortem p[ro] vsu rei mutuate tanquam p[re]tiu illius. Oes Theologorum, et Canonistarum sa docet, vsuras eẽ p[ro]hibitas iure nali. Ita P. Molina tom. 2. de iustitia et iure disp. 304, Aragon, Bañez, Valentia, et cu plurimis alijs P. Salas de Contractibus tractatu de vsuris dub. 3. Ca Molineus Mathei 25 q. 11 et 12 expresse docentes vsuras neq[ue] p[ro]hibitas iure nali, quas opiniones, ut improbabiles, temerarias, in fide periculosas, erroris p[ro]x[im]as damnant auth[ores]. Imo Bañez p[ro]babiliter iudicat eẽ heresim asserere vsuras n[on] eẽ p[ro]hibitas iure nali.

Sit n[ost]ra Conclusio, vsure sunt p[ro]hibite iure nali ~~[illegible]~~ ac p[ro]inde peccatu vsure eẽ Contra ius nale. Ius nale, vt explicat P. Suarez lib. 2 cap. 5 et 17 est lex p[ro]pria, que dictant quid fieri, aut n[on] fieri debeat, [illegible], et Conclusiones euidenter illa-

hi ex predictis, quia ut explicat D. Granado de legibus, quidquid spectat ad legem nalem.

Ratio ex divo Thoma. legis nalis est, ut rem vendat duplici pretio, vel pretium exigat eius rei quam non vendit: sed qui mutuat pecuniam, rem vendit duplici pretio, vel pretium exigit eius rei quam non vendit; ergo qui mutuat pecuniam peccat contra legem nale. Maior certa, minor probatur: nam qui mutuat centum ligas, et exigit quod illi solvantur, centum et decem, vel exigit illa decem tanquam pretium pro illis centum, et sic exigit duplex pretium pro eadem re, vel exigit illa decem pro re quam non vendit, nec tradit, ac proinde nil vendat, petit pretium, ergo qui committit usuram rem vendit duplici pretio, vel pretium exigit rei non vendita.

Dicet illa decem sumpta sunt, sive sumpta centum non accipi pro pecunia mutuata, quae haec ad aequalitatem recompensatur, si tantundem reddatur, ac fuit mutuatum; sed accipi pro usu pecuniae. Contra, quia ut optime docet D. Thomas, sic in rebus omnibus quae consumuntur, non potest putari usus secerni ab ipsa re, hoc est, non potest accipi unum pretium pro re, et aliud pro usu ipsius rei. Ratio, quia ut patet, et in eo non res, et illius usus distinguuntur, v.g. vinum et illius comestio, vinum et illius bibitio, moraliter et inordinate ad valorem moralem permutationis quae eodem computantur, quod iniustum est unum pretium exigere pro tritico et vino, et aliud pro hoc quod possit comedi, et potari. Et ideo quod hoc quod triticum et vinum transeant in dominium emptoris, potest de illis disponere ad suum libitum.

Idem dicendum est de pecunia, quae est, ut omnes numerant, inter res usu consumptibiles. Cum igitur ipso quod mutuans transferat pecuniam in mutuatarium, non potest unum recompensationis exigere pro pecunia, et aliud pro usu illius. Quia usus pecuniae quoad proprietatem attinet, non distinguitur ab ipsa pecunia, hoc est, non habet alium valorem praeter valorem ipsius pecuniae.

(1) sin, q. lt moraliter distinguerent, et seconsequenter putarent, res, et illius usus, et consequenter ab alliquid exigere pro usu rei mutuatae; q. 2a. ant. pr., q. mutuans solum tradit mutuatario rem, et illius usum: et totum hoc reddit mutuatarius, qdo solvit mutuum: nam reddit tantundem in re et in usu; q. lt moraliter distinguerent, et seconsequenter putarent, res, et illius usus, et consequenter ab aliquid exigere pro usu rei mutuatae. Lt. conseq. q. iniustum est ultra aequale aliquid exigere; q. etc.

Pa. Qo. qdibet ex 2a. parte, et simul impugnat 2a. solutio nedita. Nam quidquid repugnat iustitiae commutativae, prohibetur iure naturali: at usura, sive mutuum ex solo mutuo acquisitum repugnat iustitiae commutativae; q. usura prohibetur iure naturali. Maior est certa. Min. prob. quia sola ea est probabilis, quae quod iustitia commutativa postulat, nealtera ex partibus contrahentibus plus cogatur reddere, quam accepit; sed per usuram cogitur altera, nempe mutuatarius plus reddere quam accepit, ut autem usura, cum sortis: q. etc. Min. prob., nam qui accepit centum, et cogitur reddere centum et decem, plus cogitur reddere, quam accepit; q. etc.

Ultima et haec ratio; quod in mutuo non adest titulus aliquis, ut incrementum supra sortem exigatur. Nam pro ipsa re mutuata non potest exigi illud incrementum, sive illa decem supra centum, quia centum sufficienter recompensantur per alia centum. Praeterea usus rei pertinet ad plenum dominium rei, quod transfertur mutuatario per mutuum; consequenter, ex natura rei ipsius dominium. Unde fructus, qui ex usu resultant, pertinet etiam ad mutuatarium, qui est dominus. Nam ut bene notat Scotus in 4 dist. 15 q. 2 art. 2, res domino suo fructificat; q. non adest titulus, ob quem cogi possit mutuatarius reddere decem supra centum; q. illa decem exigere est contra iustitiam commutativam.

Insuper lo res mutuata ...

dici fieri mutuatarii, q. dominiu fieri translatu mediante
illo, adhuc q. pecunia lucraretur pertineret ad mutuatarium
q. mutuator n. poterit aliquid exigere ratione talis fructus seu lucri. Resp.
primo q. talis lucrum est fructus industriae mutuatarii q. per-
tineret ad mutuatarium. Loq. q. pecunia non fuit lucratus
medijs pecuniis fructibus ratione sui, sed propria industria; id sibi de-
bet et n. domino pecuniae q. Resp. Secundo q. eadem ratione q. n.
fructus pecuniae pertineret ad mutuatorem, mutuatarius, qui
quinquaginta aureis mutuatis lucraretur, v. in dies vita mille
teneretur illa reddere mutuatori, q. nemo dicet, ergo.

Dices 1° illa decem
supra sortem accipi n. pro remutuatione, neque pro cessante fructu, etiam
pro periculo, cui se exponit mutuans n. recuperandi pecuni-
am mutuatam, vel saltem molestiis et expensis illam recuperandi. Sed
contra est, q. si periculum est verisimile, et n. fictum ab hoc timidos
et ex nimia avaritia, potest exigi ultra sortem, quantum iudicio pru-
dentis est appretiabile periculum, in quo n. contractum usura, q. illud ang-
mentum n. accipitur ratione mutui. Si vero fictum sit periculum, et ex nimia
avaritia, n. ad est titulus, ob quem accipi possint illa decem supra centum.

Similiter
Ut infra dicemus, si illa decem accipiat mutuatarius q. ex mutuo
sequebat utilitatem, quam haberet, si n. mutuaret, eo q. pecuniam mu-
tuatam sibi lucraretur, sive quia decem vel evitaret aliquod damnum,
q. sibi emergit ex mutuo n. contractum usura. Q. tunc illa decem supra
sortem n. accipiantur ratione mutui, sed ut resarciatur indemnitas mutu-
atoris, ad quod ipse habet ius. Usura q. solum contractum, q. nihil
lucraturus erat mutuans, nec damnum aliquod sibi emergit ex
pecunia mutuata, eo quod servanda erat in arca, et n. expo-
nenda negotiationi, in quo casu dicimus esse contra ius, licitum mutuati-
onis, et ius natae accipere centum et decem pro centum mutuatis.

Dices 2°, illa decem accipi pro absentia pecuniae mutuatae, quae aliquid valet. Sed contra; quia pecunia absens non valet plus quam praesens, quando ex absentia nullum cessat lucrum, vel emergit damnum, quod sufficienter recompensatur, cum tantundem redditur, quod pro absentia pecuniae iniustum est illa decem accipere. Siquidem accipere decem pro eo quod nihil valet iniustum est.

Dices 3°, illa decem supra centum accipi pro re libera voluntate, qua quis habet mutuantem, de mutuo faciendo, cum libere posset non mutuare. Sed contra; quia voluntas libera mutuandi centum aureos non plus valet, quam valent centum aurei, ac proinde sufficienter compensatur per voluntatem reddendi alios centum aureos; ergo iniustum est accipere decem aureos supra centum pro voluntate mutuandi illos centum. Antecedens probatur; quia voluntas mutuandi non plus valet, quam id, quod efficit; sed non plus valet, quam centum aurei, quos tradit. Itaque, ut centum aurei sufficienter compensantur per alios centum, ita voluntas dandi illos in mutuum sufficienter recompensatur per voluntatem mutuatarii restituendi alios centum. Confirmatur; quia iniustum est accipere pretium pro pecunia mutuata ultra ipsius pecuniae, ergo iniustum est accipere pretium pro voluntate, et actione, quae sufficienter recompensatur per aliam voluntatem et actionem restituendi aequale.

Confirmatur ratio, quia voluntas vendendi etiam si libere exerceatur non plus valet, quam res vendita, nec pro alia potest aliquod pretium accipi ultra pretium rei venditae; ergo similiter voluntas mutuandi centum aureos non plus valet, quam ipsi centum aurei, nec pro illa licitum est aliquod pretium accipere. Paritas convincit: ideo enim pro voluntate libera vendendi non potest exigi aliquid ultra pretium mercis, quia per hoc sufficienter recompensatur: ergo per solutionem aequalis rei mutuatae etiam sufficienter recompensatur actio mutuandi. Ergo 4°. Dicendum ergo est iniustum esse accipere decem supra cen-

centum pro centum mutuatis, neque etiam ob mutuandi sit pretio estimabilis
sufficienter recompensat, pro actione reddendi aequale, seu alia ex centum
tis. Probatur 3º eadem conclusio ex Sancto Thoma in 3º parte dicta 3 articulo
6, ubi docet pecuniam ex se nullius esse utilitatis, et ex mensura utili-
tatis aliarum rerum, et concludit: unde accipere majorem pecuniam pro minori,
nihil aliud esse videtur, quam diversificare mensuram in accipiendo, et dan-
do; quod manifeste iniquitatem continet.

Ex quo sic argumentor. Manifeste est contra
justitiam in commutatione unius rei alia plus exigere, quam res valeat, nisi
justa interveniat causa, ratione cujus illud augmentum juste accipiatur: atqui acci-
pit pecuniam mutuatam et plus ipsius pecuniae mutuatae, accipit plus
quam res valet, nulla interveniente justa causa: ergo operatur contra justitiam,
ac proinde contra jus naturale. Minor quoad 1am partem constat, quia pretium decem supra centum
plus valent quam centum. Quoad 2am etiam, quia ipse ratione mutui nulla inter-
venit causa justa exigendi aliquod plus.

Alii denique probant hac eadem ratione:
jure naturali prohibitum est percipere fructus ex re, quae natura sua est sterilis: atqui pe-
cunia ex se est sterilis: pecunia enim ex se non gignit pecuniam, et solum in-
dustria ejus, qui illa utitur: ergo jure naturali prohibitum est pro pecunia mutua-
ta exigere pecuniam ultra mutuatam: ergo jure naturali prohibita est usura.

Confirmatur,
+ quia Philosophus naturali ratione ductus 1º Politicorum capite 7, dicit, quod usuraria acquisitio pe-
cuniarum est maxime praeter naturam. Plautus item, Cato, et Cicero apud Covarrubiam
libro 3 variarum capite 1º lumine naturali damnant usuram. Eandem vehementer
improbant Appianus, et M. Cato relati a Bañez dub. 1. Concluditur: ergo
lumine naturali cognoscitur injustitia usurae: ergo usura prohibita est jure naturali. Confirmatur 2º;
quia ut arguit B. Cajetanus Caet. 3. 2, disputatio 4 prudenter Ecclesia cogit
Judaeos ad restitutionem usurarum, ut constat ex capite, post miserabile, et capite
quanto amplius de usuris, quod nullo modo faceret Ecclesia, si usura jure
naturae prohibita non esset; neque agere contra eos, et ut usuras dent, praecep-

tanalia, et praecepta spectantia ad fidem, et Sacram, et haec non ligant Iudeos ad restitutionem usurarum, quod praecepto nulli prohibitae sunt usurae. Praecepta a moralibus [illegible] faciunt. Vide [illegible] Ambrosius ait: Siquis usuram accipit, rapinam facit, vita non vivet. C. 2. Usuram [illegible] prohibitam iure divino positivo, et humano.

Cap. 2.

Usuram esse prohibitam iure divino, positivo, et humano.

Quamquam duae parte [illegible] tam iure [illegible] detestant prohibent usuram quam iure Divino positivo prohibent usuram, quoad 1.m defenditur ab Alexandro 3.o cap. quia in omnibus, et cap. [illegible] ex eo de usuris, et Urbano 3. cap. Dubium eodem titulo, et lib. [illegible] titulo 6 lib. 8 nova collectionis et [illegible] a [illegible] Datur ex illo Ezechielis 18. qui usuram non accomodaverit, et amplius non acceperit, hic iustus est, vita vivet ait Deus, et ad usuram dantem, et amplius accipientem numquid vivet? Cum universa haec detestanda fecerit, morte morietur. Et ex Psalmo 14 ubi rogat David, quis ascendit in montem Domini? Et sibi responsum: innocens manibus, et mundo corde, et qui pecuniam suam non dedit ad usuram. quos locos expenderunt [illegible] Azorius ait: [illegible] credendi turpia lucra sectantes obliti sunt Divini praecepti. [illegible] dispersi 6. dub. 6. et Lessius cap. 20 dub. 4.

In novo testamento est prohibita usura, ex illo Lucae cap. 6. mutuum date nihil inde sperantes. Ex quibus verbis probat Urbanus 3. cap. Dubium de usuris, et Leo X. in Concilio Lateranensi sessione 10 ait: Deus noster Luca Evangelista testante aperto nos praecepto obstrinxit, ne ex dato mutuo quidquam ultra sortem sperare debeamus.

Quod etiam iure humano canonico prohibeantur usurae, probatur ex Conciliis Rom. et Lateranensi, et ex pluribus capitibus decretalium, quae referunt P. Molina, P. Valencia, [illegible] et in

ca de vsuris. 8. ultimo dicitur: verum sane siquis in illum erro-
rem inciderit, et pertinaciter affirmare praesumat, exercere usuras non esse
peccatum, decernimus velut haereticum puniendum. Et in eadem Clementina
excommunicantur iudices, qui ad usurarum solutionem compellunt, aut impedi-
unt repetitionem iam solutarum et ob id hodie in iudicio punitur quicumque ad
as ad repetendas usuras ... Constat etiam haec veritas ex Concilio Vie-
nensi reprobante leges Caesareas olim usuras aliquas approbantes.

Inferes,

Ius civile non prohibet omnes usuras; quia prohibent usuras usurarum, ut constat
ex lege Placuit ff de usuris, et codice de usuris lege ut multo ... di-
cunt, quod usurae usurarum, quando quis mutuat alteri ea conditione, ut reddat
decem super ... et si non solverit illa decem tempore praefixo ipso iure solvat
unum vel duo. Prohibet, ... usuras immoderatas, easque quae ultra centesimam,
quas iura appellant gravissimas. Ita lege eo quod codice de usuris. Dicitur usu-
ra centesima, quia accipiebat ... mutuatarius centum, et solve-
bat quolibet mense unum ultra centum. Unde singulis annis solvebat
duodecim.

De reliquis usuris non extat prohibitio in hoc iure civili, quae forte
se permittebant, ad vitanda majora damna, et ... maiora fuerunt, ha-
berentur licite, quae non licite habentur in aliquo ... non civismi ... civi-
le abrogatum est ... iure canonico, ut constat ex Concilio Viennensi.

Inferes,

non regni Castellae omnes usuras prohibet ut ... lib. 8 regalium ordinamentorum,
et habetur in nova recopilatione lib. 8 tit. 6. lege 1. et ultima. Nec dat
actionem mutuatori ad illas exigendas; et ponit mutuatario ad repe-
tendas usuras iam solutas. C. 3. aliqua argumenta contra dicta sol-
vuntur.

Caput. 3.

Aliqua argumenta contra dicta solvuntur.

Arguas 1º ex 13 Deut. ex illo Deuteronomii 13, ubi dicitur non foenerabenis fratri tuo, sed alieno. et cap. 38 foenerabenis gentibus multis; quod usura non est iure naturae prohibita. Quia, quod non potest permitti a Deo quod est iure naturae prohibitum: sed Iudaeis permisit usuram, sive foenerari quod usuram est, non est iure naturae prohibita.

Resp. cum Divo Thoma de malo quaestione 13 art. 4 ad 13, et hic art. 1 ad 1ᵐ ex 1º loco Deuteronomii potius colligi esse illicitam usuram: siquidem prohibetur esse filios Israelis; circa alienos permissa, non ut licita, sed ut impunita, ne maiora scelera fierent: et ne Iudaei, ex avaritia ad quam erant valde propensi, fratres suos opprimerent usuris. Itex multorum sane libellum repudii non erat illis licitum: sed impune permissum. et iterum eodem cap. dicitur: non erit meretrix de filiabus Israelis, permittendo esse meretrices ex aliis. ex quo colligere non licet meretrices fuisse licitas extra populum Israel, sed solum fuisse impunitas.

Secundo responderi potest cum S. Ambrosio lib. de Tobia cap. 8 concedi Iudaeis usuras erga infideles, qui erant hostes Iudaeorum, quos iure poterant rebus suis spoliare, sive artificio, sive armis,

In 2º loco Deuter. hoc foenerabenis sumitur late pro dabis, ac mutuabis, et significat tantam fore abundantiam divitiarum Iudaeis, quod etiam extraneis possent mutuare. patet ex verbis eiusdem capitis: non foenerabenis fratri tuo ad usuram, idest, non mutuabis: aliter superflue adderetur ad usuram.

Arguas 2º ius civile permittit usuras, et ad eas exigendas concedit actionem: sed ius civile non permittit quod iure naturali prohibitum est: ergo usurae non sunt prohibitae iure naturali. Minor patet, quod non est credibile latuisse circa illos iure consultos acutissimos, quidquid vetitum est iure naturali. Huic obiectioni adhaerens subscribit Carolus Molineus libro de contractibus errans docens

licitas, et moderatas usuras, quales praescribuntur lege eos qui cas. ff. de usuris.

Respondeo ex dictis ius civile non permittere usuras ut licitas, sed facto eas permisisse ad maiora incommoda vitanda, quemadmodum permittebatur olim in Hispania meretricium, quod non aliquando licitum habebitur, sed iura eiusmodi leges abrogatas esse per ius canonicum per textum in Clementina unica de usuris. Notanda bene sunt lege 1 et cap. de usuris et aliis locis in iure civili, in quibus videtur cogi mutuatarius ad solvendas usuras, nomine usuras ibi significari non usuras veras, sed aliquod augmentum aliquo titulo debitum. Quod patet ex textu legis, neque ibi aptius de usuris recte permissae petita.

Arguens 3o. pro usu vasis argentei potest accipi pretium ultra ipsum vasis, ergo etiam pro usu pecuniae in mutuo. Consequentia patet, quia pecunia argentea est eiusdem speciei ac vase argenteo; patet etiam quod pro usu pecuniae, quando locatur ad ostentationem, et non transfertur dominium, potest aliquod pretium accipi, ergo etc.

Respondeo, transeat antecedens, nego consequentiam. Ad probationem dico argentum, nego consequentiam. Disparitas est, quod vas argenteum habet alium usum, praeter ipsius consumptionem, qui seorsum est pretio aestimabilis; at vero pecunia licet sit eiusdem speciei, non habet alium usum praeter consumptionem seu distractionem, et ideo non potest usus illius seorsum computari, hoc est, distincto pretio ab ipsa pecunia.

Aliud est, potest pro usu vasis aliquod pretium exigi, quia usus rei sine translatione dominii est aestimabilis pretio distincto ab ipsa re; usus vero rei cum translatione dominii non est aestimabilis distincto pretio, ut ostenditur in contractu venditionis, in quo quia traditur dominium rei emptae, non potest exigi pretium pro illius usu. Ratio est, quia usus rei pertinet ad dominum. Cum ergo in mutuo dominus rei fiat mutuatarius, non potest aliquid ab illo exigere mutuator pro usu rei mutuatae.

Haec ratio a Bañez in huiusmodi proponitur:

iniustum est accipere pretium pro usu rei, cuius nullum habet dominium, aut usu-
fructum: sed mutuator nullum habet dominium, neque usumfructum pecuniae mutuatae,
ergo iniustum est mutuatorem accipere pretium pro usu pecuniae mutuatae. confirmatur,
quia venditor equi non potest exigere aliquod pretium pro usu equi, eo quod
venditione transtulit equum, et usum equi in emptorem; sed per mutuum trans-
fert mutuator pecuniam, et usum pecuniae in mutuatarium; ergo mutua-
tor non potest exigere aliquod pretium pro usu pecuniae.

Ad 2um probationem concedo
antecedens, et nego consequentiam. discrimen, quod illa traditio pecuniae est locatio; secunda
vero est mutuum. Et in locatione est secundum consultabilis usus rei non autem inmu-
tatio. ideo si quis daret mutuo vas argenteum, et illud commutaret, non po-
terit accipere unum pretium pro rasura, et aliud pro commutatione ipsius; sicut
vas argenteum loccaret, potest pretium accipere pro usu vasis.

Arguens 3o:
qui tradit pecuniam mutuo confert mutuatario beneficium, ad quod non
tenebatur ex iustitia: sed non est iniustum aliquid exigere pro beneficio, quod ex
iustitia non tenetur quis conferre: ergo non est iniustum pro mutuo aliquid exigere
ultra sortem.

Confirmatur, quia ratione mutui efficitur mutuatarius potentior
ad res suas comburendas; ergo ratione mutui potest mutuator aliquid exige-
re ultra sortem. Confirmatur 2o, quia usura moderata non laedit chari-
tatem: sed quod non laedit charitatem non est prohibitum iure naturae; ergo etc. Maior
probatur, quia non laedit charitatem, quod cedit in utilitatem proximi; sed mutuum sub
usura moderata cedit in utilitatem proximi; ergo etc.

Respondetur, concessa maiori,

negando minorem, de qua infra. Ad illam distinctionem: non est iniustum aliquid
exigere pretium pro beneficio etc., nego minorem; aliquid exigere ex
[illegible] liberalitate et gratitudine, concedo minorem. Beneficium mutui
sufficienter compensatur per redditionem aequalis, et ideo est iniustum
pretium pro mutuo exigere. Sicut pro beneficio venditionis est iniu-
stum aliquid accipere ultra pretium rei emptae

q̄ ... sufficienter redpensat? e nō; q. mutuās n̄ ...
... mutuatario nisi rem rei, seu pecuniā mutuatā, hoc ...
sufficienter compensat, p redditione equalis. Sicut exemplo ... e
... rem rei empte, quā p tali redito ... sufficienter compen-
sat, vendito, et ideo nō pt aliquid exigi p beneficio emptionis,
ingenuo alium ... obligare.

Ad 3 Ofas Concedo ans,
et nego cōq. q. nō fuit utilitati specialis, que accreseit mutua-
tario ex mutuatione, n̄ licet mutuanti aliquid exigere ... maioris;
aliōquin, si magna mutuatario proveniret utilitas, ut ...
maiorem ... posset ab eo exigere.

Ad Ofas 23 nego maiorem. Ad
p̄bationē distinguo maiorem: q. cedit in utilitatem proximi p se, Concedo maiorem;
q. cedit in utilitatem proximi p accidens, nego maiorem: distinguo etiam minorem:
mutuum sub usura moderata cedit in utilitatem proximi p se, nego
minorem; p accidens, concedo minorem. Dicere tamen ... maxime ...
p ... accipere mutuum sub usuris, ac proinde p ... ...
... quidquid sit, an in aliquo casu p accidens utile sit mutuum
sub usuris accipienti. Quod usura est moderata, magna damna
inferunt, que negari nulli ... usura est in casu necessitatis,
ideo prohibite sunt iure nō. Nec si permitterentur, difficile esset ... ag-
cere quenam esset moderata: usurarius enim qualibet esse moderatam
... iudicaret.

Argues 4°: scienti et consentienti, seu volenti n̄ fit
iniuria; sed mutuatarius accipiens mutuum solvit sciens et volens
aliquid ultra sortem: ergo licitum e illud accipere. Confirmatur, nec ideo illicita
esset usura iure nō, q. iniquum esset fructus querere ex re infructi-
fera ... , qualis e pecunia; sed nullatenus e in fructifera ... :
ergo ... Minor q. nulla res e infecunda volenti, nisi nulla e
fecunda nolenti; ergo ... ..., q. nulla assignat ratio, ...

quaedam, quae mercede facta locantur, magis fecunda dicantur quam pecunia; ergo sicut ex eadem licet accipi pretium, ita ex pecunia in mutuo. Resp. 1° certe majorem, necdum minorem, quod non sibi voluntarie et liberaliter, sed potius necessitate compulsus, loco alterius rei exsolvit mutuatarius id ultra sortem. Neg. in alia urgeret sua necessitate quidem, utrumque non solveret.

Ad 2um fructus cedo majorem, et nego minorem. Ad probationem omitto ant. et nego conseq. Quia illa fecunditas, quae habet res consequenti proprie nativa [illegible], quod attendimus quando eorum dominus [illegible] ab industria accedentis non pendet. [illegible] in quo sit fructus ex alterius industria proveniens sibi degeneret, sibi pretium accipere pro fructu, quae pecunia non sua, ab alterius ex eiusdem industria pariat.

Ad 3um fructus nego ant., quia fatetur [illegible] dominium est, quod aedes hic pariunt alius vero [illegible] alienaque. Secundum omisso ant. nego conseq. Disparitas est, quod aedes non fiunt dicentis, et ideo merces locationis est pro usu eadem, at in mutuo pecunia mutuatitia fit mutuo accipientis, et ideo pro illius usu non potest pretium accipi.

Proceed: quando mutuatarius cogitur solvere pecuniam mutuatam ante diem praescriptum solutionis, potest aliquod pretium sibi retinere, quia pro eo temporis spatio, ad quod retinendam habebat jus, quo etiam mutuator potuit aliquod pretium exigere pro tempore, quo sequebat pecuniam mutuatam.

Resp. 1° nego ant., quia si ex tali anticipatione solutionis nullum damnum, aut certe carentiam lucri patiatur mutuatarius, nihil potest sibi licite retinere. Neg. coactio et injuria, quae non inferunt damnum, nec impediunt lucrum, non compensant pecuniam, potest quando quis cogitur iurare, aut in aliquo loco consistere, vel induci ad alteram [illegible]. Ita P. Salas dub. 3.

Resp. 2o omisso alii, neg. do cog. dy-
cimq. e, q. qdo mutuatarius cogit. solvere ante tempus p. fixum,
et privare pecunia, facit ius, quod ipse het ad pecuniam retinen-
dam toto illo tempore, ac p. inde infert illi iniuriam, p. quam pt aliquam compen-
sationem accipere. at 2o mutuans, qdo tradit pecuniam nullam patit. iniuriam,
q. ipse voluntarie se privat pecunia mutuata, et ideo nullam pt
compensationem accipere p. privatione pecuniae, quae sibi iniuriosa
e. C. 4. an sit usura exigere aliquid ultra sortem p. obligatione
n. repetendi pecuniam ad certum tempus. C. 4.

an sit usura exigere aliquid ultra sorte p. obligatione
n. repetendi pecuniam ad certum tempus.

Arguitur 1o et efficaciter: mutuans, qdo tra-
dit mutuo pecuniam ad annum, se obligat ad n. repetendam pecuniam
p. integrum annum: d. hec obligatio e pretio estimabilis; ergo pt p. illa
aliquod pretium ultra sortem accipere. Prob. minor: nam qdo mutu-
ans se obligat ad n. repetendam pecuniam mutuatam p. integrum
annum, pt mutuatarius secure illa uti in negotiatione toto
anno, qd n. posset facere, si pecuniam acciperet restituendam, qdo
mutuans repeteret: d. hoc e pretio estimabile; ergo etc. Prima
conseq. p. nam qui dat pecuniam mutuatam ad annum, dat pecuniam et
obligationem illam n. repetendi toto eo tempore; ergo pt exigere qd sibi
reddat pecuniam mutuatam, et quod valet obligatio.

Confirmatur, qa si obli-
gatio n. repetendi pecuniam mutuatam intra annum n. eet pretio estima-
bilis, neque obligatio n. repetendi intra quatuor annos, vel intra de-
cem et centum eet pretio estimabilis: at hoc videtur falsum; ergo obligatio n.
repetendi pecuniam intra annum e pretio estimabilis. Prob. falsitas, q. si Titius
se obligans p. integrum annum ad mutuandum tibi quotiescumque volue-
ris mille aureos e pretio estimabilis, et p. illa posset a te aliquod exi-

esse ultra illos mille aureos: et maior est obligatio non repetendi mille aureos pro integris annis XX. Minor quam haec secunda obligatio est ultra illam non [illegible].

Probatur. Deinde [illegible] ad probationem [illegible] Unde arguitur ex cog. quod obligatio non repetendi pecuniam mutuatam pro aliquod tempus est annexa intrinsece contractui mutui, alioqui non differentia [illegible], ut quod res vendita ad arbitrium vendentis; seu donec ipse vendens revocaverit suam voluntatem: quando obligatio est intrinsece annexa alicui contractui non potest plus exigi, quam id quod debetur ratione talis contractus. Ideo si quis domum vendit, se obliget ad securitatem illius et firmitatem contractus, non potest pro hac obligatione plus exigere, quam pro ipsa domo; quia haec obligatio est annexa contractui venditionis. Propter eandem rationem, qui cogit commodatarium dare fideiussorem pro pecunia mutuata, non potest licite aliquid detrahere de sorte. Ergo haec obligatio est annexa contractui.

Ratio discriminis est, quod id quod debetur ratione contractus sufficienter compensat omni obligationi intrinsece annexae contractui. Sic pretium rei venditae compensat obligationem ad securitatem et firmitatem contractus venditionis et pro reddendo tantundem pecuniarum compensat obligationem non repetendi pecuniam mutuatam ad aliquod tempus.

Unde ad 1um [illegible] concedo maiorem et nego minorem. Nam quamvis est proportione temporis ad tempus, quia non est maiori pretio aestimabilis illa obligatio ad annum, quam obligatio ad viginti annos: quia si mutuans nullum damnum patiatur, nec ullum amittat lucrum, non est unde illa obligatio, et privatio pecuniae etiam ad longissimum tempus sit illi pretio aestimabilior, quam obligatio ad breve tempus. Siquidem pecunia non fructificat est illi utilior. Quod a pecunia fructificat, sit utilior mutuatario, non probat esse utiliorem mutuanti, quod ex privatione pecuniae nullum ipsi cessat lucrum, aut emergit damnum; et ideo non est maiori pretio aestimabilior.

Adhuc 2.ᵒ q. difficile à invenibus huius, q. d. n.
palliatur mutuans aliquorum incommoda ex privatione pecuniæ ad lon-
gius tempus; ideo ratione incommodorum potest plus. Valere obligatio
non repetendi pecuniæ mutuatæ ad longum tempus v. g. ad qua-
tuor, locto, Viginti annos: Et tunc potest ultra sortem licite accipere
mutuans plus; quod imprudenter existimare possent illa incommo-
da, seu illorum damnum. Per hæc incommoda intelligo non solum lu-
crum cessans, et damnum emergens, sed etiam actus liberalitatis, et mag-
nificentiæ, aliasque actiones, quas decebat mutuatorem exercere: et
damno vere eas non exerceat ratione mutui. Ita Bañez et Ara-
gon.

An, et quæ conditiones tunc debeant servari à mutuatore di-
cemus infra agentes de lucro cessante, et damno emergente ratione quorum
licitum sit aliquid exigere ultra sortem. Sed nunquam tenetur esse, ut
nota fiat hæc molestia, et incommoditas mutuatario, et à principio
deducatur in pactum mutuatori, quo vult se ab illa servari indemnem.

Ad 2.ᵐ Paragraphos contra maiori, et omissa minori, negotium. Discrimen est
manifestum: nam obligatio mutuandi, quoties alter voluerit, est di-
versa et extrinseca mutuo; obligatio vero non repetendi sortem ad tempus
est intrinseca, et annexa contractui mutui. Et ideo prior obligatio est di-
versa pretio æstimabilis à pecunia mutuata: quia est paratus ad mu-
tuandum quoties alteri placuerit; posterior vero obligatio non est diversa
pretio æstimabilis à pecunia, quæ per mutuum transfertur. Vide Dom. Sotum
de usuris dub. 3.

Tota hæc doctrina solutionis maxime roboratur ex propositione
damnata et prohibita ab Alexandro 7.ᵒ Ut minimum tanquam scan-
dalosa, quæ 42, et sic se habet: Licitum est mutuanti aliquid ultra sor-
tem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.
Ex meo, quia Pontificis reijcienda esse est ratio officii, et nova ut certa et

p.[illegible] terenda [illegible] 5. an, quod pecunia numerata sit pretiosior numeranda, l. ratione molestiae provenientis mutuatori ex carentia pecuniae possit aliquid exigi ultra sortem.

Caput V.

an, quia pecunia numerata sit pretiosior numeranda, l. ratione molestiae provenientis mutuatori ex carentia pecuniae possit aliquid exigi ultra sortem.

Arguens ex Caramuele: pecunia numerata est pretiosior pecunia numeranda; ergo qui 100 aureos mutuatus ad annum potest mutuans exigere aliquid ultra ipsos 100 sine usura. Antecedens patet, quia debita securissima, ut docent Navarr., Cajetanus, et alii plures possunt vendi minoris: et debitor minori pretio solvit ante tempus, potest extinguere debitum majus; ergo etc.

Probo, Verbis Caramuelis lib. 1.° theologiae moralis disp. 14: an Deus Dominicanus, an probabilis? si Deus non esset mutuatarii ac mutuatoris Judex est, utrumque eadem statera ponderabit: ergo si centum aureis solvendi post annum possunt hodie extingui nonaginta paratis; si mutuans nonaginta dederit hodiernum onere, quod centum post annum restituant, nihil acquisivit praeter sortem, l. aequitas in qualitate est. Tuae doctrinae perpende et examina, fructo ejus iudicio omnia dedicandam, et nisi me audiveris ab aliquo re non facere majoris pecuniam praesentem quam futuram.

Deleo,

resolutio ans, quod simili cum 20 entis damnata dicitur ab Innocentio XI. mense Martio, feria V. die 2. prohibente ut minimum tanquam scandalosas, et in praxi perniciosas hanc que sic iacet, et est 41. cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, et nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam praesentem quam futuram

ut creditor aliquid ultra sortem à mutuatario exigere, et eo titulo ab usura excusari.

Ad haec omisso anno, et negocio. Praeterquam quod demittere videntur Nabarra, et alij aurum, n'est quod preciosa quam sit sibi absenti, et quod minus vallet ius ad mille aureos post annum quam mille aurei, ut plus valet actus quam pot. et tunc sunt emitur pecunia, et ius ad illam. Sed quidquid sit de sententia Nabarri, et aliorum, negandum est, quod sit debitum secundum nimis non sit tale vilius pro emi; nec extrinsecum, quod nullus adest periculum, timor, difficultas in illo recuperando. neque mora dat, inaequalitas inter pretium et rem venditam; quod mora ius ad centum valet centum. an quae tunc committitur usura, dicetur infra: primo sumatur sana in eo casu admittens speciem iniustae emptionis, siquidem res infra suum valorem minori pretio emitur.

Porro si ipsa illa Caramuelis est vera, tolleretur omnes usurae. Cognovit ipse Caramuelis sequelam et ideo ait paene negari, quod usurarius est quicunque accipit ultra sortem; Unde si nonaginta aurei pro anno centum dandis post annum aequivaleant, qui nonaginta hodie mutuat, et post annum centum recipit, usurarius non est, quod nihil supra sortem accepit, et tamen usurarius si sub fine anni plures quam centenos acciperet.

Sed contra est: nam quod ius naturale, Sacra Scriptura, ius canonicum, et theologi docent usuram esse illicitam, quod non licet pro pecunia mutuata aliquid exigere ultra sortem; sortis nomine significant capitale, id est datum: nam expresse docent recompensari ad aequalitatem debitam, id est ut ei reddat, quantum mutuavit. ita exstant theologi Sancti Thomas, Augustinus, relati in corpore sibi fenerabantur. Sanctus Hieronimus in capitulo plerique putant, et Sanctus Ambrosius in capitulo si quis plenius; quod si licitum esset in mutuo pro nonaginta pro anno exigere centum aureos, licitum esset usurae omnes, et sortes confunderentur, cum prior

tio usurario.

Atque 8° et ultimo excedis; mutuans pecuniam
privatur recreatione, quam haberet in videndis, habendis et possi-
dendis pecuniis; de hec privatio est pretio aestimabilis: ergo ratione huius
privationis, sive molestiae, quam ipsi infert privatio pecuniarum,
potest aliquid exigi ultra sortem. Distinguo; verba Caramuelis
dixi, citata, molestia est periculo a damno emergente, a lucro
cessante. Est vera aliqua recreatio in rebus pretiosis videndis,
non si in possidendis. Pro audienda comedia, videnda bes-
tia, legenda fabula, datur pretium, et nemo contradicit, non sic pro
videndis, habendis, possidendis optimis auri partibus; ergo re-
creatio illa ex possessione pecuniarum separata ab alio periculo est
pretio aestimabilis.

Patet, quia ratio maior, secundo minor de pretio dicto,
et secundo computabilis ab ipsa pecunia mutuata. Neque eiusmi mo-
lestiae, et aliae, quae inutiliter excogitantur, sufficienter recompen-
satur per redditionem aequalis pecuniae. Profecto, si doctrina
haec admitteretur, multis usuris aperiretur via, et ut bene arguit
Soto lib. 6 q. 4 articulo 1° ad 2 de simili opinione, de dicto ven-
dentis, puta; si esset nimis avarus, ac proinde mentitus, cum
esset legitima recipiendi maius pretium. Quod falsum est. Praeterea
refellit, quod contra iustitiam peccaret qui venderet secundum vinum, et
secundum laetitiam, quae capitur ex vini potatione; quod ut ar-
guit S. Thom. venderet eadem res bis, vel venderet id quod non est eius.
Et avarus delectetur in videndo et possidendo auro non potest secundum
computari pecunia mutuata, et molestia non videndi pecuniam.

Exempla

n[on] suadentis q[uod] intellig[itur] n[on] accedit recompensatio quantitatis, quae re-
quiritur in restitutione mutui. Unde tr[...] intellig[itur] n[on] sit iniustitia q[uod] q[uod]
datur, tale est quidquid ultra sortem mutuo exigitur.

Ex huius q[uo]d

dictis infertur q[uo]d P[ate]r Lessio lib[ro] 2[do] cap[ite] 22 dubitatione 4 contradicit
usurarius, si quis mutuet mille aureos, et accipiat mille, et quin-
quaginta, eo q[uo]d [...] tempore fiat solutio, nam illos quinquaginta acci-
peret pro dilatione solutionis alicuius partis, q[uo]d est mutuum virtuale. Q[uaest]io
3[a] an sit peccatum usurae mentalis mutuare cum spe, vel intentione
recipiendi aliquid ultra sortem. C[apitulum] 1 aliqua praemittunt, et docto-
rum s[ententiae] referuntur.

Questio 3[a]

an sit peccatum usurae mentalis mutuare cum spe, vel intentione recipiendi aliquid ultra sortem. Cap. 1[u]s

Aliqua praemittuntur, et Doctorum Sententiae referuntur.

Praemitto 1[o] q[uo]d q[uaesti]o praesens devolvitur ad usuram
mentalem, q[uo]d vult mutuans nullum pactum init implicitum, nec ex-
plicitum cum mutuatario de solvendo aliquo pretio ultra sortem, sed so-
lum intendit, aut sperat ratione mutui se paraturum aliquid ultra
sortem. Praemitto 2[o] dupliciter intendi posse, et sperari a mutu-
ante aliquid ultra sortem, aut tanquam quid debitum ex iustitia, aut
tanquam quid dandum ex mera gratitudine et liberalitate mutua-
tarii. Praemitto 3[o] in utroque casu posse in animo, ultra sortem
intendi, vel sperari, vel principaliter primario, vel secundario, et mi-
nus principaliter.

Prima s[ententi]a asserit esse usuram mentalem, si lucrum
intentum sit causa finalis principalis, sive minus principalis, sive
totalis, sive partialis: secus vero, si lucrum sit tantum causa motiva
vel impulsiva. Dicitur a[utem] ab aliis doctoribus causa principalis lucrum, quando
taliter movetur mutuans, ut sine illo n[on] daretur mutuum; impulsi-

viad. q. sōlū moueat ad factum mutuandi. Referent hac sñā Medina rebus & vrang acquirēdi. Grafis lib. 1. Cap. 24 lib. 2. Couarrubias et Conradus.

Secunda sñā docet vrang ex mentalē, siue lucrum in mutuo principaliter intendat, siue nō sed minus principaliter. Refert hac sñā glossa, Innocentius 4 cap. Consuluit de vsuris. Gabriel in 4o distinctiōe 15 qō 11. Vega et Siluestra, qui eadē sñā plures alios refert.

Tertia sñā affirmat vsurā mentalē in intentione principali quaerere, intendere, l. sperare lucrum pecuniarium ex mutuo; in 2.a intentione minus principali: nec principali intentioē quaerere, intendere, l. sperare amicitiā et gratitudinē ex mutuo. Ita Nabarrus cap. 17 nō 20, et alii. Explicat a intentio n dicitur principalis eo, qd absq. intentione, et speciali fine n fieret actus; et eo, qd plus, l. tanti aestimet, quanti aestimari solet aliis finis, q. sōlū ea qua fiat ipse actus.

Quarta sñā defendit vsurā mentalē intendere, quaerere, l. sperare aliquid lucrum ex mutuo exhibendum a mutuatario ōio liberaliter, et ex mera gratitudine, ac amicitia; et a vsurā mentalē, si id intendat ut debitum ex iustitia, l. ut exhibendum propter onus ex obligatione aliqua morali. Ita Toletus cap. 29 summae. Referunt eadē sñā Grafis obi sup., et Cajetan. hic art. 1o ad 4. Fauent et huic sñā authores, quos infra adducemus cap. sequenti. C. 2. Resolut. qō. C. 2.

Resoluitur quaestio.

Sit 1a mea conclusio. Intendere, accipere, et sperare aliquid lucrum ex mutuo, siue in recompensatione mutui, siue lucrum moueat principaliter et primario, siue minus principaliter, et secundario; eo, quod etiā si n sperarēt lucrum mutuaret, adhuc mutuaret propter amicitiā, l. necessitatē alterius, ē vsura mentalis: ac proinde qui sub ista intentiōe, et spe aliquid accepit, ultra sortē, tenetur ad restitutionē accepti. Ita S. Thom. qō 13 de malo art. 3. et 4o.

et sequent. 2. Sotus 6° de iustitia q. 1ª articulo 2 ad 4. Valentia 2ª 2ª q. 21 puncto 1, Molina tomo 2 de iustitia disp. 304. Sotus lib. 2 cap. 2° dubitat 2° et alii quos refert et sequit. P. Sotus Barbosa[?] lib. 5°, adducit etiam pro hac parte huius conclusionis D. P. Suarez tomo 1° de religione cap. 44, ubi in initio de symonia idem docet, idemque colligit ex cap. de usuris ubi Urbanus Pappa absolute asserit mutuantem cum intentione aliquid accipiendi ultra sortem, esse usurarium, quod saltem intelligi debet de intendente lucrum tanquam pretium sibi debitum ex mutuo, ut ex dicendis patebit, ergo etc.

Prob. 2ª solutio, quia usura mentalis est intendere, et sperare, quod accipere de usura realiter est accipere aliquid ultra sortem tanquam debitum ex mutuo est usura realis, ergo intendere et sperare ultra sortem aliquid tanquam debitum ex mutuo est usura mentalis. Maior, ad quam tota devolvitur difficultas, probatur, ratio intentio, et spes habet pro obiecto actum externum usurarium, et actus internus participat malitiam obiecti actus externi, ergo usura mentalis est intendere et sperare, quod accipere est usura externa. Minor huius syllogismi probatur, et explicatur, nam intentio furandi habet malitiam furti, intentio accipiendi temporale pro spirituali tanquam pretium illius habet malitiam symoniae, ergo actus internus participat malitiam actus externi.

Ratio doctrinae est, quia malitia actus interni sumitur ab obiecto formali actus, ac proinde si obiectum formale sit intrinsece usurae actus internus inficitur labe usurae, si obiectum formale sit intrinsece furti inficitur malitia furti, idem dicendum de symonia, et quolibet alio peccato: sed obiectum formale usurae est lucrum ex mutuo tanquam quid debitum: ergo intendere et sperare lucrum tanquam debitum ex mutuo est usura mentalis.

Ex hoc primo colligitur 1a conclusio: non solum qui sive lucrum ex mutuo, sive tanquam pretium mutui intendat, primario, et principaliter, sive secundario et minus principaliter, per talem intentionem est volita tota malitia obiecti usurae sed actus per quem volita malitia obiecti usurae nequit non esse usurarius, ergo intendere et sperare lucrum ex mutuo tanquam quid debitum, licet minus principaliter et secundario intendat, et speret, est usura mentalis. Maior patet, quia tota malitia obiecti usurae est lucrum ex mutuo tanquam pretium illius. Confirmatur 2a conclusio, quia intendere furtum principaliter propter bona eleemosynae, itaut nunquam fieret furtum, nisi ob hunc finem, adhuc participat malitiam furti, quia est volitio illius; ergo intendere et sperare lucrum ex vi mutui licet principaliter fiat mutuo propter benevolentiam amici, habet malitiam usurae, quia revera per talem intentionem est volita malitia usurae, et intenta. Conclusio 2a: non volitio obiecti intrinsece mali, etsi ille magis principaliter tendat in obiectum bonum nequit non esse mala, et intrinsece obiecti intrinsece mali, licet lucrum propter mutuum intendat, minus principaliter, talis intentio est volitio obiecti intrinsece mali intrinsece usurarii, ergo 2a. Maior constat in exemplo furti principaliter intenti propter eleemosynam, quod licet sit minus peccatum, quam coniunctum cum alia intentione principali eleemosynae absolute tamen est furti peccatum: ergo 2a.

Conclusio 3a, non siquis intendat, licet secundario interesse divini officii propter redditum distributionis illius quotidianae tanquam propter stipendium divini officii, committit peccatum symoniae, quia intendit quod revera accipere est symonia, nempe aliquid temporale, ut pretium spirituali, ergo intendere lucrum propter mutuum, secundario est usura, quia revera accipere lucrum propter mutuum est usura. Ratio a priori huius doctrinae, a priori est, quia peccatum consistit in actu voluntatis circa obiectum malum, qui actus abstrahit a primaria et secundaria intentione, et in utraque reperitur.

Dico 4.° neque mutuanti nullus habetur ad lucrum exigendum ratione mutui et seclusis quibuscumque aliis titulis. Ratione quia nullum titulum habet exhibendi lucrum ex mutuatione, et iniustum est intendere et sperare lucrum ex mutuo tamquam debitum, propterea quod eiusmodi spes et intentio est usuraria.

Dico 2.°

Dico intendere et sperare aliquid ultra sortem non tanquam debitum ratione mutui, sed solum ex gratitudine et mera liberalitate mutuatarii conferendum, non est usura mentalis. Probatur quia malitia usurae consistit in eo quod aliquid ultra sortem accipiatur tanquam debitum mutui, sicut quidem debitum ratione mutui, et non ex mera gratitudine et liberalitate mutuatarii; et qui intendit et sperat aliquid ultra sortem ex mera gratitudine et liberalitate conferendum, non intendit neque sperat id debitum ratione mutui; ergo intendere et sperare aliquid ultra sortem non tanquam debitum ratione mutui, sed ut ex mera gratitudine et liberalitate conferendum, non est usura mentalis.

re possint ius ad rem, quam rem ipsam, potest esse pretium assignatum [illegible]
minoris utilitatis, nam qui emit ius ad rem, [illegible] centum [illegible] certitudine
moralis recipit inter periculis in [illegible] [illegible] est [illegible].

Maior 1ae syllogismi quae ex tractatu

census, in quo ius ad plures nummos paucioribus emitur, et ex iuribus [illegible], quae aliquando carius, aliquando vilius emuntur; quod [illegible]. Minor eiusdem syllogismi [illegible] hominis aestimatio imponit pretium rebus, quae [illegible] et humanitatis [illegible] habent. Et praeter hanc aestimationem hominis nulla alia reperitur ratio, ut fructus immaturi et alia similia minori pretio distrahantur, quod quidem in communi hominum aestimatione minoris pendit licitamente emitur. Consequentia etiam probatur, quia sicut alia, ut fructus immaturi, et similia propter hanc aestimationem distrahi possunt minori pretio, ita propter eandem aestimationem poterunt minori pretio distrahi debita aeterna, quale est debitum centum aureorum post annum solvendorum.

Confirmatur, quia ius ad nummos solvendos [illegible] in communi hominum aestimatione minoris [illegible] et ut tale vendit et emit, quod ius praesentium nummorum solvendorum in futurum licite emitur pro pretio, quod communis aestimat. Antecedens est dubium. Consequentia [illegible] quia [illegible] communis res aestimat. [illegible] illius ius licite emitur pretio ipsius illius quod ius ad nummos solvendos in futurum, licite emitur pretio, quod communis aestimat. Hinc [illegible] quod ius ad nummos in futurum solvendos licite emitur minori pretio, quam valent [illegible] nummi, ac proinde debita aeterna licite minoris emuntur, quae est summa, quae [illegible]. Ergo quod ius ad nummos in futurum solvendos communis aestimatio minoris pretio, quam valent ipsi nummi, et licite emitur minori pretio. Antecedens probatur, quia pro ratione ad nummos in futurum solvendos, in venditione ex ratione, nemo dabit nummos aequales ipsi summae, quae debetur, et in futurum solvenda est, quod [illegible].

Confirmatur, quod ius ad centum nummos post annum solvendos ex [illegible] venditione pretio [illegible] valeat quantum valent centum nummi pretio [illegible] minori praesenti pretio, quod ius ad centum nummos post annum solvendos licite emitur minori pretio, quam sunt centum nummi. Antecedens probatur, quia [illegible] hominum aestimatione venales, quale est ius illud, [illegible] uno indivisibili pretio, [illegible]

d triplici, ut supremo, medio, et infimo, de denariis numero triginta [illegible]
[illegible] Ex dictis manifeste deducitur, non esse usurarum emere aliquid pro pretio
debiti in futurum solvendo minori, quam sit summa, quae debetur. Ratio est, quia nulla
est iniustitia, nec est usura, quando in tali emptione nulla est inaequalitas [illegible]
[illegible], quia in tali emptione nullum intercedit mutuum, nec palam, nec virtualiter, ut
patet, ipsi adversarii dicunt ubi non est mutuum nec palam nec virtualiter nulla intervenit
usura [illegible].

Hic rogabis, quando sit pretium iustum debitorum, quae in futurum solvenda
[illegible] Resp. pretium iustum illud esse, quod arbitrio prudentum tale reputatur. Porro dicendum
[illegible] est iustum pretium, quod ex bonis [illegible] in illis [illegible] Ad [illegible]
iustum pretium de contractu [illegible] attendenda esse haec omnia, scilicet an debitor sit securus, an
habeat fideiussores, an sit periculum recuperandi, an cum expensis et litibus, an
sit abundantia nummorum, ut est, quando naves Indiae salvae veniunt, an debita
sint ad breve, vel longum tempus solvenda, quae haec magis vel minus, ut magis,
aut minus aestimetur. [illegible] adversarii argumenta solvuntur.

Argumenta adversariorum solvuntur

[illegible] Obiicies [illegible] quia in adversariorum [illegible]
sumitur, ex eo, quod nostra doctrina tradita magnam videtur aperire ianuam
usurarii. Hoc autem inde probant, quia ex illa sequitur, quod quilibet a te mutuum exigeret
nec liceret, et absque peccato usurae recte, nolo tibi mutuum dare [illegible] nonaginta
quinque nummos, quos tibi modo tradam, emam a te obligationem
mihi solvendi post annum centum nummos, et hoc [illegible] nonaginta
quinque nummis, modo dabo, poteris licite exigere centum post annum [illegible]
in hoc modo manifeste palliatur usura, quia si debita in futurum solvenda
pretio [illegible] emi, magna aperitur ianua usurariis palliandi [illegible]
obligatio solvendi centum nummos post annum valet
nonaginta quinque, [illegible] poterit licite mihi mutuare [illegible] nonaginta
quinque nummos [illegible] emere obligationem solvendi centum post
annum.

Resp. nego sequelam, quia in casu argumenti nulla emitur obligatio solvendi

solvendi centum nummos post annum, quod nulla generat obligatio solvendi, quae pareat vendi quod nonaginta quinque statim soluta; et quilibet mediocriter exiguet et induat, iniuste obligatio solvendi centum pro nonaginta quinque tradita solum, quod aliquod obligatio solvendi nonaginta quinque iniuste exigens ea mediante obligatione solvendi centum tempore futuro. Non enim servatur aequalitas inter id quod datur et id quod exigitur. Ergo ipsa non est emptio, sed vera palliata.

Confirmatur: quod debita immaterialiter, quia est illa actio obligatio a dividendo independenter a mutuo, et quatenus obligatio venditionis exponitur, habet pretium fixum et invariabile, et non relinquitur magis meae post venditionem et emptionem, quod a communi aestimatione et aliarum mercium vendantur et emantur. ... Ad hoc

illius obligatio obligationi ad centum ... independenter a mutuo, et exposita venditioni, valet nonaginta quinque; cedo ergo obligatio ad centum ... ipsum mutuum, et non exposita venditioni, nego ergo quod obligatio valet quidquid acceptum est mutuo, et quidquid ... datur ineluctabiliter contracte a mutuatario ... nonaginta statim mutuans accipit a mutuatario obligationem solvendi sibi centum post annum, in prudentiam ... Et haec est vera, quod ipsa exigit valorem centum ... et contracte, et involuntarie exiguntur ... ultra sortem a mutuatario.

Confirmatur 2°, si ius ad rem minus valeat quam res ipsa, et sequatur etiam mutuans centum non posset exigere centum integra, et quod mutuans nonaginta ... posset exigere centum de futuro: utrumque est absurdum, et ... vera; quod ius ad rem non valet minus quam res ipsa, ac proinde non posset ... Sequela maioris quoad 1. partem, quia mutuans solum ... exigere quantum valet ius, quod habet ad centum, et ius ad centum quod ... centum minus valet quam centum ... valet nonaginta, ... non posset exigere centum. Sequela etiam quoad 2. partem, quia nonaginta ... valent, quam centum de futuro, ergo nonaginta ... mutuans posset exigere centum de futuro.

Rest[at] nec de sequela maioris quoad vlt[imu]m §. Ad 3[m] probas. Il[li] sit non maior, q[ui]a pot[est] exigere varia, ad que habet ius, q[uo]d q[ui]a quę remanet est q[uan]do ius n[on] exponit[ur] venditioni, nec sit quasi maior. Ex quo: q[ui] mutuans habet ius ad centum, pot[est] centum exigere aliquid n[on] est ius ad centum, et ad nonas, que pareret exigere. It[e]m ius ad centum valeat nonas, stalis solutis, q[ui]a exponit[ur] venditione, qui gaudet talis iure, illa centum integra pot[est] exigere, q[uo]d e[st] fassitere habere ius ad centum. Addere, ius ad centum semper illius nominis valere centum, ac q[ui]n[imo] qui habet talle ius, pot[est] exigere centum, etiam si n[on] ius vendat.

Ad 4[am] ba[sem] sequelquo ad 3[am] reel[?] dimido d[ic]o anno: nonas debuerit[?] valent, q[ui] centum debuit solvenda pot[est] annum, q[uo]d obligatio ad centum supponit[ur] et venditioni exponere [?], concedo anno: q[uo]d n[on] supponit[ur] individua [?] nonas, et quo anno. Q[ua]nt[um] tunc cum mutuatarius n[on] accipiat nisi nonas, necessitas aliquid debeat mutuandi, nihil habet mutuans ratione cuius exigere ponit centum ex iustitia. Ne[c] ullae obligatio ad centum, quę nonas emit. Vnde si exigat centum, ratione mutui exigit, et ratione mutui aliquid vltra sortem exhaurit, q[uo]d e[st] vsura: at vi q[ui]a supponit[ur] debitus, q[uo]d debitor erat obligatus ad solvendum centum, et illa obligatio vendit[ur] pro nonas, stalis solutis. Quę obligatio q[uo]d sit venditum, minimum valet, et ideo licite minoris emitur.

Ex dictis notandum maxime e[st] discrimen inter ementem ius ad centum pro nonas stalis solutis, et exigentem obligationem ad centum pro nonas, stalis dallis[?]. Discrimen a[utem] e[st] q[uo]d emens ius ad nonas, n[on] causat obligationem, ex eo supponat contractum, nec cogit alterum ad illa[m] habendum aut vendendum minori pretio: qui vero exigit obligationem ad centum pro nonas stalis dallis, causat obligationem et pro iniuriis eo exhauriret, cogit q[ui] alterum ad illa vendendum, antequam n[on] minori pretio. C. 5. An debita immatura emi possint minori pretio anticipato ab ipso debitore?

An debita immatura emi possint minori pretio anticipato ab ipso debitore?

Difficultas est, an tu, Vicarie, debens Ioanni centum aureos ad annum solvendos, possis licite dicere Ioanni: vende mihi ius et scripturam centum aureorum, quos tu a me habes, pro nonaginta aureis, quos statim tibi dabo; vel accipe nonaginta aureos, et libera me ab obligatione solvendi tibi centum post annum.

Duplex refertur sententia. Prima affirmat, pro qua allegatur Navarrus et Dominus Sa ubi supra, tribuitque Ludovico Lopez 2 parte, Instructorii cap. 53 et 58. Secunda negat, pro qua sunt omnes Doctores, quos supra retulimus. Secunda nostra opinio.

Sit 1ma conclusio: debitor non potest viliori pretio anticipato emere suum debitum, quando ipse in causa est, cur creditor velit vendere debitum, quia vult se difficilem praebere ad solvendum. Ratio, quia debitor tenetur removere molestias et difficultates, seque facilem praebere ad solvendum debita.

Sit 2da conclusio: debitor non potest minoris emere debitum, cuius solutionem praefixus terminus iam est adimpletus. Ratio, quia cum teneatur solvere, si non hoc praestat, in causa est, quod creditor involuntarie et coacte vendat debitum minori pretio; ergo iniuste emit debitum minoris.

Sit 3a conclusio: quando debitor non est in causa, quod creditor vendat viliori pretio anticipato debitum, sed ideo emit, quod creditor debitum ipsum ut venale offerat, et exponit, debitor licite emit viliori pretio anticipato suum debitum. Ratio, quia eadem est ratio de debitore, ac de quovis alio emptore; sed ut alius potest emere viliori pretio anticipato debitum, ergo potest ipse debitor. Antecedens probatur, quia cum debitum, qualecumque ex positum venditioni et quatenus est quoddam ius, seu merx, minus valeat, nec aliquam illa ratione incurrat, quod creditor vendat, nec curavit pro eo debitum conditionem, atque quilibet alius emptor, ergo etc. — Confirmatur, quia illud, quod detrahit debitor de summa debita, non detrahit ob anticipatam solutionem, sed quia debitum factum venale minus valet; ergo etc.

Sit 4ta conclusio: quando debita immatura minoris aestimantur propter ra-

periculis et difficultatibus soluendi, quae timentur, et remouerem pro ipso creditore, v.g. quando probabiliter credit non habituros, unde soluat, et aditione credere cupiat, vel quia naues Indicae, quas sperabat, tardant, vel passae sunt naufragium, vel quia eius debitores non sunt soluendo, quae illi debent, vel propterea debitor illa minoris emere à suo creditore, quae creditori pendentibus his debitoribus minus valere, consideratis periculis, et difficultatibus ibi inuolutantis. Ratio est, Nam debita ratione periculi et difficultatum minus valent, et in ipsius debitoris potestate non est difficultates et pericula remouere, quae alius posset minoris emere praedicta debita, poterit etiam ipse debitor, quin creditor vasit peioris conditionis, ac esset in emptore, quas ipse nulla dedit causa, ut creditor vellet pro eo vendat debita.

Hinc notandum est discrimen inter emptorem alium à debitore et ipsum debitorem. Discrimen autem est, quod emptor distinctus à debitore potest minoris emere debita immatura, et quorum tempus soluendi perfectum impletum est, quae minoris aestimantur propter difficultates voluntarias, et culpabiles debitoris differentis solutionem de die in diem, aut nolentis soluere; at vero ipse debitor nequit minoris emere ob has causas sua debita, quae ipse tenetur, se faciendo potiorem ad soluendum, et sine molestiis, et labore creditoris ipsi soluere.

Hic rogabis, an ad quid teneatur, qui emit debitum minoris, quam valet, propter anticipatam solutionem? Resp. teneri ad restitutionem, quia illud, quod detraxit de summa debiti, accepit ratione mutui virtualis, quale est anticipata solutio: et accipere aliquid ratione mutui virtualis est usura etc. Adhuc tamen poterit illud licite retinere, si mutet intentionem, et velit deinceps habere, non ob mutuum virtuale, sed quia tunc illud minus valebat, vel quia passus est molestias in illo recuperando, vel quia ex anticipata pecunia illi damnum emersit, aut cessauit lucrum etc.

Ratio est, quia licet peccauerit peccato usurae detrahendo de debito partem illius pro ipsa anticipata pecunia, re

recipere valent pro debitis erit illi debita ex iustitia propter carum meritas minoris estimationis iuris, periculi, molestiarum, lucri cessantis; et licite retinet quod aequi est debitum ex iustitia; quod licite potest habere eam mutata intentione retinere partem, quae usurarie detraxit de summa pecuniae debitae. C. 4 an debita, quae a rege debentur, possint minoris emi pretio anticipato?

C. IV. 3

An debita, quae á Rege debentur, possint minoris emi pretio anticipato?

Praeter debita enumerata, quae á Personis privatis debentur, et omnino sunt solvenda, dantur alia debita, quae á Rege debentur, et ex redditibus ipsius Regis, qui colliguntur ex vectigalibus, ex alcavalis, ex aduanis &c. et ministris suis, et officialibus solvuntur. In his á debitis recuperandis miseris vexari solent debitores exhorbitantibus et difficultatibus solutionis, quas ipsi ministri, et officiales regii apponunt, labores, et [illegible] [illegible] personas nobiles et potentes, quae intervenire solent, ideo non admittendo libenter statuere Regem non habere maiore de solvat, cum tamen non ita sit; ideo posteriores creditores prioribus anteponendo propter amicitiam, aut favores, aut pecuniam; ideo perdendo alia instrumenta, meliora non nancia &c., ob quas difficultates desperantes creditores se posse recuperare debita integra, illa multo minori pretio vendunt, amittendo 3 partes debitorum, et aliquando mediatatem.

Debita ergo regalia an possint minoris emi? et quo id licet? Sit 1a conclusio. Nulli Personae, quae has vexationes causant, possunt licite emere minori pretio debita á Rege, nec adimpleto tempore solutionis, ut passim fit, nec non adimpleto, et quando immatura sunt. Ratio est, quia Personae, quae causant vexationes creditoribus

vexationibus creditoribus, ad recuperandum suorum debitorum, ut minoris emant supradicta debita, non solum ob vexationes, sed etiam ob suas expensas, quas sunt facturi, ne creditores recuperent integra debita, ex quibus integre solvuntur. 5. Supradictae Personae non possunt licite emere minoris supradicta debita a Rege, cum certum sit, quod creditores ad vitandas vexationes, et ob timorem amittendi debitum, amittunt coacte, et involuntarie partem illorum, quod integre sibi recuperant supradictae Personae, sine ullo onere; et c.

Inde peccant contra iustitiam ministri, et officiales Regii, qui integre nolunt solvere creditoribus Regiis, et integre solvunt emptoribus debitorum; quod sicut his solvunt, possent solvere ipsis creditoribus, et ratione stipendii, quod accipiunt a Rege, tenentur ex iustitia creditoribus integre solvere; et manifestam iniuriam faciunt creditoribus, non solvendo ipsis. Quare praedicti ministri, et officiales regii tenentur restituere creditoribus quidquid a creditoribus recuperant de quantitate debiti, quod integre solvit rex. Similiter emptores, quia bene sciunt dictam iniuriam committi a praedictis ministris, et officialibus eodem modo tenentur ad restitutionem, si ministri non restituant. Ratio est, quia eandem iniuriam faciunt creditoribus; et c.

Personae autem, quae in causa esse solent, ut creditores Regii praesentium partem debiti recuperandi, sunt magistratus Reipub. ut Iudices, auditores Regii, de maiore provincia, et nobiles, qui magna authoritate sunt in republica. Nam hi vel sua authoritate, intercessione, aut metu faciunt, ut ministri Regii haec debita potius solvant emptoribus, quam ipsis creditoribus.

Praeterea igitur ministri Regii, et vectigalium officiales, a quibus pendet ideo, conductores vectigalium, eorumque consanguinei, affines, amici, et fideiussores. Denique Personae, quae propter talibus munus agendi exercent, ut ab illis iniquam partem antiquorum debitorum emant a creditoribus Regiis, et a Rege integre recuperent

debita: ammumerari etiam possunt hi ministri Justitiæ, ut tabelliones, alguazeli &c. Solent ipsi ministri Regis in solutione debitorum Regis sportulas petere à creditoribus, qui ius habent ad præfatam solutionem, et ita hi ipsi, qui instituunt esse sufficientes peccant contra Justitiam in servanda æqualitate inter creditores, qui æqualia iura habent. Quod si non habet unde omnibus soluat, tenentur dividere bona, et facere solutionem secundum proportionem inter creditores, ita ut nullus gravetur.

Peccant 3° contra Justitiam accipiendo à creditoribus partem debiti, aut aliquid pro sportula, ne retardent solutionem, aut ne iniuste creditores afficiant alterius dilationis, quia ministri Regis tenentur ex Justitia ex regis debitoris soluere creditoribus, et si retardare solutionem, quam habent, recusent, aut negligant, stat, quod ius habent.

Peccant 4° contra Justitiam quærentes aut per se, aut per alium, seu per amicum, aut amico, ut emant à creditoribus Regis debita, minori pretio, pecunia statim soluta, ut postea integre recuperent à Rege totam quantitatem debiti et interesse sumendo partem debiti, quam creditoribus defraudant. Sic hac ratione, sunt causa, ut creditores propter difficultates, et molestias recuperandi debita, amittant partem debiti, quod ipsi à Rege integre recuperant; et ipsi ex iustitia tenentur, removere difficultates, et molestias solutionis. Quas frequenter habent excusationes seu iniustitiæ contra creditores Regis, ne debitas retinendi quod creditoribus defraudant.

Quod diximus de debitis Regis, et ministris Regis, dicendum est de aliis debitis soluendis ex redditibus civitatis, et Hispitalium &c. et ex redditibus, et bonis cuiuscunque personæ, quæ commissa sunt in administratione, et solventur per quosdam mediatores. Hoc enim enim magis respiciunt ab administratoribus, nec ab aliis personis, quæ causant vexationes, quas patiuntur creditores, et ratione quarum compellunt debita viliori pretio vendere.

Sit 2ª

Qua(n)do vero, quicunq(ue) aliae Personae privatae, quae nullas vexationes intulerint creditoribus, nec ad iniustitias illis illatas cooperant, possunt licite emere minori pretio anticipato debita Regis. Ratio est, quia debita Regis, et quaecunq(ue) alia, ut exposita venditioni, et ultro subsunt laboribus, et difficultatibus ipsa recuperandi a ministris Regis, vel aliis administratoribus, minus valent; ergo possunt licite minoris emi. Quod si forte integra debita recuperet emptor ex mainderstria, et ob suas importunas petitiones, licite potest retinere, si debitoribus, quas abravit de summa in emptione.

Rogabis, an [illegible] receptores, thesaurarii, et alii tales ministri Regis accipiendo aliquid pretio estimabile a debitoribus Regis, ut illos expediant pro debitis, committant usuram? Resp. affirmative, quia expectare solutionem debiti est virtualiter mutuare debitum pro tempore, quo expectatur solutio. Praeterea ministri committunt iniustitiam contra creditores Regis, quia haec expectatio solet inferre detrimentum creditoribus Regis, quia debita non solvuntur tempore quo. Unde tales ministri tenentur restituere creditoribus Regis omnia damna, quae ex expectata solutione debitoribus Regis patiuntur; et praeterea debitoribus Regis quidquid ab eis acceperint pro expectatione solutionis.

Peccare etiam solent ministri Regis accipiendo a creditoribus Regis aliquid pecuniae, vel aliud pretio estimabile ob anticipatam solutionem, et in hoc usurarii sunt. Circa quos omnes sunt vel administratores bonorum alicuius Reipublicae, principis, vel alterius Personae, qui ob anticipatam solutionem debitorum aliquid accipiunt a creditoribus, tenentur quoque restituere quod sic acceperunt.

Similiter quando ministri Regis, et alii administratores bonorum civitatis, vel alicuius dum [illegible] pecuniam tradendam creditoribus occupatam habent in suis negotiationibus, et ideo differunt solutionem, dilationibus eo intentione, ut creditores vendant debita minori pretio, tenentur restituere creditori-

hec damna, et preterea . . . vel dominum bonorum, quae administrant, patitur aliquod damnum, quia solvere debitoribus non potest tempore debito, quo tenentur, hoc damnum Regi, vel Domino bonorum restituere.

Rogabis 2°

an creditor possit licite intendere, et urgere solutionem sui debiti, quando ministri Regis, vel alii administratores, illi iniiciunt scrupulum dicentes se non posse ei solvere sine detrimento aliorum creditorum anteriorum. Respondetur affirmative, quia creditor non tenetur illis habere fidem, praesertim quando ministri, et mandatarii deprehenduntur quod hoc dicunt, ut apud se retineant pecunias creditorum, vel ut pro solutione aliquid extorqueant, vel ut amicis, vel consanguineis suis servant.

Ratione, quod creditor quisque habet ius urgendi solutionem sui debiti, nihil curando de aliis creditoribus, qui malitia, vel incuria ministrorum damna patiuntur. Et quilibet potest a fure rem suam recuperare, licet sciat postea reventuram fure rem alienam. C. 5. an sit usura debita facta minori pretio anticipato.

Cap. V.

An sit usura debita facta minori pretio anticipato?

Dicemus agimus de debitis, quae reipsa debentur, restat agere de debitis, quae fingunt deberi, et venduntur, et emuntur, Vulgo Risgalli. Contractus sic fit. Petrus egens est nummis, accedit ad Ioannem suum amicum, et eum requirit, quod faciat coram tabellione scripturam publicam, in qua declaret se Ioanni debere duo millia aureorum ad annum solvenda, quod ab illo accepit mutuata, vel emit res aliquas, vel alio de titulo, et quod illas solvet ad annum. Hac facta declaratione accedunt Petrus et Ioannes ad tabellionem, et Petrus facit eiusmodi scripturam publicam declarans se debere illam quantitatem Ioanni, et se obligare ad illam solvendam ad annum: postea Ioannes quaerit emptorem huius scripturae publicae fictae, quod Petrus revera non debebat Ioanni illam quantitatem, et invenit emptorem, ~~et~~ qui pro mille et octigentis aureis

C. 1. resolut. q̄o p aliquot 9 dicūt.

Sit 1o. dico, mutuare cum pacto, ut mutuatarius ce-

celebret Orationem pertinentem ad indemnitatem mutuantis, vel ad mutuatum, sive alias, cum periculo exhibito, et dato fideiussore se obliget ad reddendum mutuum solvendum sufficit, non est usura. Quia mutuans tunc sibi ad servandum sua indemnitate, et ipse servandus exigere potest vel Orationem, vel quod mutuare cum pacto ut mutuatarius celebret Orationem pertinentem ad indemnitatem mutuantis, vel ad mutuatum non est usura.

Sit 2.a Dicitur: mutuare cum pacto, ut mutuatarius quodlibet aliud Orationem celebret, ex quo maneat obligatio in futurum, est usura. Quia obligatio mutuatarii ad aliquid in futurum praestandum est pretio aestimabilis; et exigere ratione mutui aliquid pretio aestimabile est usura; ergo exigere quodlibet aliud Orationem est usura.

Sit 3.a Dicitur: mutuare cum pacto, ut mutuatarius statim celebret aliud Orationem est usura. Quia obligatio ad statim celebrandum aliud Orationem, non ratione ad servandum vel mutuatum, est pretio aestimabilis; ergo illud exigere ratione mutui est usura. Vide quae diximus dist. 3.a

Si h.n licet nunc obligatio ad celebrandum aliud Orationem non sit pretio aestimabilis, quia nulla ratione est onerosa; aut incommoda mutuatario, ut si obliget ad statim emendum aut vendendum mutuanti eas, quas emenda et vendenda erat alias eodem pretio, et eadem commoditate, non erit usura mutuare cum pacto, ut mutuatarius ineat cum mutuante talem Orationem. Ita Sotus, de iustitia, et plures alii cum P.o de Navarra lib. 3.o cap. 2.o dubitatione 4.

Neque obstat, quod mutuatarius aliquam amittat libertatem vendendi, aut emendi, aut celebrandi talem Orationem cum alio. Quia talis amissio libertatis ex brevissima durat, et quia nulla infert incommoditatem mutuatario, moralibus existimatur nullius valoris. Hinc licitus censetur a viris doctis hic Orationem in praxi frequens: multo tutius certus annus, dum

mo hc quoque [illegible] centum amphoras olei mihi vendas iusto pretio.
Est enim quasi quidam contractus innominatus, do ut des; licet
instinctus est, quo nullum damnum patiatur mutuatarius, et contra-
ctus celebrat eadem commoditate, quas cum aliis celebraret. Conclusio
usura est mutuare cum pacto ut mutuatarius recipiat mutuantem in
assecuratorem soluto iusto pretio.

Caput. 4.

Usura est mutuare cum pacto, ut mutuatarius recipi-
at mutuantem in assecuratorem soluto iusto pretio.

Solet contingere, quod mutuent pecuniam et
quaerantur ad transferendas merces ad Indos, vel ad ipsas afferen-
das ab Indiis, vel ad alios locos distantes, et quod mutuans dicto pacto,
ut ipse [illegible] assecurator mercium, seu pecuniarum, suscipiendo in se periculum,
quod est in eo, quod salvae perveniant, quod vult mutuatarius, et quod
haec assecuratio iusto pretio mutuanti [illegible] contractu
rogat, an interveniat usura.

Sit prima conclusio mutuare cum pacto ut mu-
tuatarius recipiat mutuantem in assecuratorem soluto iusto pretio periculi
[illegible] recipit, est usura. Patet ex capite naviganti de usuris, ubi conclusio
definitur [illegible] naviganti vel eunti ad nundinas centum mutuans
pecuniae quantitatem, accepturus aliquid ultra sortem, eo quod recipit in se pe-
riculum, usurarius est censendus. Eadem conclusio tradunt omnes DD., et in
reddenda ratione hi omnes conveniunt.

Ratio conclusio, quia ratione mutui exigitur a
mutuatario obligatio, et gravamen recipiendi mutuantem in assecuratorem, atque
obligatio et gravamen sunt aliquid pretio aestimabile, ergo exigere hanc obli-
gationem et gravamen ratione mutui est usura. Minor probatur, quia mutuatarius libe-
ro [illegible] vellet assecuratorem, aut alium, quem pro sua voluntate eligeret, ergo obli-
gare mutuatarium ratione mutui ad ineundum contractum assecurationis

cy. mutuante, ... qui maneat in futurum obligatus ad reddendum aliquid arecunctalitoris è pretio estimabile. Ob hanc rationem damnatus est à Pontifice hunc contractum sentiunt Cayetanus, Sylvestro, Medina et alii apud Lessium dist. 378 quidquid in contrarium asserat Navarrus ... qui sequitur ... de Navarra lib. 3º cap. 2º.

Observat ... hunc contractum ... celebrari, si mutuatarius non cogatur ... mutuantis ... ad ... ab ... pretio estimabili; ... benefitiis mutui exhibitis ... ab alio ... fieret.

Observat ... nihil exigitur ... nec exigi potest ... mutuo, debet ... et rationem huius contractus ... exigitur ... pretio estimabile. Hic contractus ab ... et ... mutui, et aliis multis.

Observat ... contractus ... celebrari ... mutuans ... quia ... mutua...

Ca. 3.

Quid dicendum de contractu qui vulgo appellari solet, dar dineros à riesgo de nao.

Hic contractus frequens ... fit. ... dat mille aureos ... Prefecto navis, ... navigare volen-

lenti, hac conditione, quod si navis pereat naufragio, nihil restituat; si vero salva perveniat ad Olysipponem, vendito, v.g., ad Indos, reddet illi mille cum decem, viginti quinque, vel triginta, vel quinquaginta, vel sexaginta pro centum. De hoc quaeritur, an sit usurarius, et illicitus? Aliqui affirmant esse usurarium, inter quos numerat [illegible] dist. (6), et ibidem docent alii cum pene [illegible].

Sit nostra conclusio, iste contractus non est usurarius, nec illicitus, si id, quod exigitur ultra sortem, cum quo navis incolumis pervenit, sit moderatum pretium. Prima pars probatur: quia iste contractus non est contractus mutui, ergo non potest esse usurarius. Antecedens probatur, quia in contractu mutui manet obligatus mutuatarius ad reddendum mutuum; at in hoc contractu, si fiat naufragium, vel alio naufragio volente, non manet obligatus ad restituendum mille aureos, si navis naufragio pereat; ergo iste contractus non est contractus mutui.

Est ergo contractus aliquis innominatus, do ut des, facio ut facias. Unde illi viginti quinque, vel triginta, vel quinquaginta, vel sexaginta aurei pro centum redduntur, si navis incolumis pervenit ad locum, vel aliquem locum distantem, quia redduntur ratione periculi, cui exponitur capitale, et non ratione mutui. Ex quo sic argumentor: Qui potest licite aliquid exigere pro periculo, cui se exponit amittendi capitalis, et si navis pereat naufragio, amittit capitale; ergo pro periculo potest licite aliquid exigere, quod si hoc sit pretium moderatum, et a prudentibus existimatur justum, contractus est justus, et licitus. Minor syllogismi probatur, quia exponit se periculo amittendi capitale, et pretio aestimabili; ergo qui potest licite aliquid exigere pro periculo cui se exponit amittendi capitale, si navis pereat.

Secunda pars, sit pretium moderatum et justum in hoc contractu certa regula definiri non potest, quia periculum potest esse majus, vel minus, ut si navigatio fiat tempore minus apto navigationi, vel per mare majoris periculi, vel si navi-

navigatio longior &c.ª Ratio ex illa doctrina Molina illud ipsum tenendum esse iustum quod tale fuerit arbitrio prudentum mercatorum, et quod interveniens temorarie contrahentium contractum hunc contractum exercentes, Doctores fuerint.

Alia vero iustificatur iste contractus, et exigitur incrementum, capitalis, ratione lucri cessantis. quia conferens illas pecunias contrahentium ipsas habebat destinatas negotiationi ad emendas, vel merces deferendas ad novum orbem, et revera lucraturus erat, expensis deductis totum illud, quod accipit supra capitale. Cum periculo, verum exponeret amittendi merces in mari, subit vero periculum, verum exponit amittendi capitale dando pecunias conficiendo navis, si haec naufragio pereat quod periculum in morali existimatione eque estimabile periculo, ac periculum amittendi merces. Quare iste contractus videtur qualis quasi deductis expensis maris esset lucraturus dans pecunias, ratione lucri cessantis maris magis potest exigere.

Aliaque vero docent P. Molina, ubi supra, et P. Azor posse fieri contractum celebrari sine iniustitia maxime; quod vult si quidem contractus ludi, aut sponsionis, hispane apuesta; in quo alter contrahentium spondet amissurum se illas mille aureos, si pereat navis, alterum spondet se daturum mille aureos cum tali et tanti incremento, si incolumis pervenerit ad locum, in quem tendit. qui contractus iustus est.

Opponens in hoc contracto, qui spondet se amissurum mille aureos, si navis pereat, subit periculum amittendi maiorem quantitatem, quam solvet alter, si navis salva pervenerit. ergo non salvatur equalitas inter utrumque contrahentem, ac proinde contractus est iniustus. Patet, Deinde antecedo ergo quia periculum naufragii minus est, quam periculum incolumitatis. Quoniam frequentius multo naves in novum orbem non pereunt, quam pereant, et perveniant periculi inequalitas sine iustitia inequalitate potest unus plus amittere quam alius. nulla enim equitas patitur, ut in sili-

156

ribbus sponsionibus tum spondeat se daturum, qui non assumit periculum, quam qui non periculum spondet.

Undeque aliis sponsionibus observandum esse necessarium ad iustitiam contractus, quodque qualiter spondeat unus, si quod eo loco probabilius est una, quam alia. Sed de his alibi legatur, Doctor Molina loco citato.

Propterea contractus varios indicat Doctor Azor tomo 3o libro 5o cap. 6 qq. 2a, et libro 3 cap. 5o ex Navarro libro 5o consiliorum hunc esse licitum contractum, mutuo tibi centum aureos ea conditione, quod si aliquis nostrum intra decennium cadat e vita nihil restituere teneamini; si a vixerimus teneamini mihi solvere centum et quinquaginta.

Similiter licitum: do tibi centum aureos ea conditione, ut si intra duos annos adeas Romam, et ad patriam redeas solvas mihi ducentum, sin vero non redeas tibi maneant, et retineas illos centum. Item do tibi centum aureos eo pacto, ut si intra biennium uxorem duxeris, vel sacros ordines susceperis, solvas mihi ducentos; in minus retineas tibi. Hos duos contractus licitos, et usitatos esse in Gallia, et Belgio refert Doctor Azor, et alios in Anglia et Milsloc[illegible], quos contractus videre poteris in locis supra citatis. Ratio autem est, quia periculum datur, et incertus eventus utrique contrahenti exponitur aequali periculo. Quaestio 14 an sit usura non computare in sortem fructus pignoris?

Quaestio 14.

An sit usura non computare in sortem fructus pignoris?

Mutuans pecuniam non semel accipit pignus fructiferum mutuatarii pro assecuratione mutui, ut vineas, agrum, et caetera. Unde quaeritur, an teneatur computare mutuans in partem solutionis pecuniae mutuatae fructus, quos colligit ex tali

pignore, q[uan]do fructus pignoris in sortem computare?

Sit n[ost]ra conclusio, mutuans pecuniam accepto pignore fructifero tenetur computare in sortem fructus omnes, quos colligit ex tali pignore. Unde si illos non computet in sortem usurarius est. Probatur conclusio, q[ui]a res debet suo D[omi]no fructificare: at pignus est mutuatarii; ergo debet mutuatario fructificare. Ergo fructus pignoris sunt mutuatarii, ac proinde mutuans colligens fructus ex tali pignore, tenetur illos in sortem computare. Minor syllogismi patet, q[ui]a si casu, et fortuito pignus pereat, mutuatario perit, et non mutuanti; ergo pignus est mutuatarii.

Confirmatur, q[ui]a pignus solum traditur in securitatem creditoris, et non in illius utilitatem; ergo haec debet D[omi]no pignoris, et non mutuanti. Ex conclusione patet, quare fructus pignoris sunt pretio aestimabiles; et ratione mutui accipere aliquid pretio aestimabile est usura; ergo si mutuans illos fructus retineat, est usurarius.

Sed rogabis, an etiam quando pignus acceptum est agri sterilis, et quem D[omi]nus colere non intendebat, si mutuans colat, et colligat olea, teneatur haec computare in sortem mutuati? R[esponde]o affirmative, quia res, quidquid fructificat, D[omi]no fructificat; ergo etiam haec minima, seu fructus modici debent computari in sortem, nisi D[omi]nus illos libere donet. Notandum tamen est, fructus hos ex pignore, quando modici sunt, censebit donari a pignorantario, et tunc non esse computandos in sortem.

Conclusio intelligenda est deductis integre expensis, quas in fructibus colligendis fecerit accipiens pignus, ut sentiunt Mercadus, Toletus, et Vega, quos refert, et sequitur P. Salas. dub[i]o 28. De laboribus addit Salon esse deducendos, id non integre, sed ad arbitrium prudentis; contra sentiunt P. Salas. et Alii, qui docent labores etiam esse integre deducendos. Ratio est, quia creditor non tenetur impendere in creditum, et in ipso laborare; ergo licet potest deducere labores, quos facit,

facit in cultura agri. Confir. quia leges disponunt utilitatem eorum, qui aliorum laborant, et expendunt, compensatione accipiant. etc.

Neque obstat, quod cap. 1° et 2° de usuris, et cap. ad nostram 1° de iure iurando solum dicant, accipiendas esse expensas. Nam eadem ratio est de laboribus, et ratione expensarum labores etiam comprehenduntur, ut est 2a in cap. ad nostram de rebus Ecclesiae non alienandis, ratione laborum expensae etiam comprehendi videntur.

Notandum vero est, cum dicitur expensas esse deducendas, intelligendum esse de expensis necessariis, non de voluntariis. Ita Praepositus et Gabriel; addunt etiam Silvestro verbo pignus quaestio 12, et Petrus Salas nº 8 non solum expensas necessarias, sed etiam utiles posse recipi. Idem de laboribus docet Petrus Salas dub. 28 de usuris.

Ex dictis colligendum est cum Cayetano, Molina, Soto, Toleto, et aliis apud Petrum Salas videndis magnates, quibus Reges dederunt aliquas Civitates, vel oppida in pignus pecuniae debitae, dum ea redimerent, teneri computare in sortem redditus et fructus, quos ex talibus Civitatibus, vel oppidis percipiunt, nisi is qui civitatem, vel oppidum in pignus accipit maneat obligatus ad civitatem gubernandam in pace, et servandam, et ab hostibus defendendam. Tunc enim non tenetur computare in sorte fructus, qui sunt tributa, et servitia, quae subditi solvunt suis principibus in stipendia laborum, quos patiuntur, et expensarum, quas faciunt in ipsis gubernandis, et tuendis. Ratio est, quia tales fructus sunt stipendia eorum, quae praestant in gubernatione, et defensione subditorum; ergo etc. Ita Salon, Pallavic., et Mercado.

Hoc vero intelligendum est, nisi civitates, vel oppida facile, et cum exiguo labore gubernari, et defendi possint eo quod tuta sint, et valde munita. In hoc enim casu non omnia tributa, et servitia subditorum possunt accipere in stipendia, sed aliqua, et reliqua computare tenentur in sortem, et ipso illis solvere

soluat, à Rege pecunia mutuata, debent detrahere de solutione quanti illi valent fructus, et redditus. quod si non computent, nec detrahant, usurarii censendi sunt, quia ultra sortem accipiunt quod illi valent fructus et redditus Civitatis, et oppidi.

Dixi non teneri computare in sortem fructus, qui sunt stipendia laboris, et expensarum, quae fiunt in gubernatione Civitatis, nec reliquos fructus, qui sunt veluti bona patrimonialia ipsorum principum, ut mineralia auri, argenti, et aliorum metallorum, quae tali loco nascuntur, piscationes fluviorum, venationes in nemoribus, clausuras etc., cum non sint stipendia, et alia bona debitoris, debent creditores computare in sortem.

Notant hic Cayetanus, Salon, et Rebellus, quod possit usurarius contractus, si non celebretur contractus emptionis, et venditionis emphyteusis, emendo à Rege, vel Domino pignus tale pignus iusto pretio cum obligatione de retrovendendo illud ipsi Regi, vel Domino, quando Rex, vel dominus voluerit illud emere. tunc enim possent pignus accipientes per hunc contractum, ubi retinere fructus ex pignore, et in sortem non computare. Ratio est, quia revera percipiunt illos fructus ex re propria, et non ex re aliena; ergo non tenentur illos fructus in sortem computare.

Cavendum autem admonent Doctores ne emptionis nomine palliatur usura, quae in foro exteriori praesumitur semper quoties pignus longe excedat pretium pro quo acceptum. Neque pretio detrahendum est totum illud, quod valet onus retrovendendi pignus, quia pignus cum hoc onere minus valet.

Idem dicendum est, quando petens pecunias eo pacto vendit pignus, cum pacto ut si intra quatuor menses, vel aliud determinatum tempus pretium restituat, contractus venditionis rescindatur; alioqui pignus fiat irredimibile. Ratio est, quia in hoc casu fructus percipiunt ex re propria; ergo non debent computare in sortem.

5. Sit 2a conclusio. Si pignora sint non fructifera, ut libri, vestes &c. et mutuans pecuniam illis eisdem determinate reddat, tenetur non exigere omnem pecuniam mutuatam, et de illa detrahere quantum valet illud detrimentum, quod sua culpa pignus accepit. Quod si omnem pecuniam accipiat, usuram committet. Ratio est, quia ultra sortem accipiet, quod valet detrimentum pignoris, et usuram committet. — Nota ex P. Salas hic pro mutuante aliquid ultra sortem accipere pro custodia pignoris, quando difficilior sit, quam custodia pecuniae, vel rei mutuatae aequalis quantitatis. Ratio est, quia labor ille custodiendi pignus est pretio estimabilis, ergo licite potest mutuans aliquid ultra sortem accipere pro pignore custodiendo. Quaeres 15, an gener possit absque usura accipere fructus pignoris non computando illos in sortem, quamdiu illi non solvitur dos? Resolvitur. ~~Lt. resoluit. qq.~~

Questio 15.

an gener possit absque usura accipere fructus pignoris non computando illos in sortem, quamdiu illi non solvitur dos?

Caput 1.

Resolvitur questio.

Sit mea conclusio, quod gener accipiens a socero pignus fructiferum interim dum illi non solvitur dos, potest licite, et sine usura accipere fructus ex tali pignore non computando illos in sortem dotis. Conclusio ex decreto Innocentii 3 in cap. salubriter de usuris, ubi ait, generum ad fructus possessionum, quae sibi a socero sunt pro numerata dote pignori obligatae, computandos in sortem non esse compellendos, cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonii supportanda, ergo &c.

Quaerunt Theologi circa hanc conclusionem, maxime vero dividuntur in reddenda ratione, quare hoc licite, et sine usura fiat. Et ratio difficultatis est, quia expectare solutionem dotis est virtualiter illam mutuare pro toto tempore, quo differtur solutio, ergo accipere fructus ex pignore ipso non computando in sortem, est aliquid pretio estimabile ultra sortem accipere ratione mutui, in quo formaliter consistit usura.

Ratio aqua-

quare id fiat incumsura omnis aliis, quas tradunt, et impugnat D. P. q. quo assignat ipse Commisso illis verbis: cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonii supportanda. Pro cuius explicatione advertendum est quod qui duo matrimonio copulant, celebrant duo contractus, alter inter dictos, quo mutuam sibi corporis potestatem traduntur, in quo consistit esse matrimonii: alter est dotalis, celebratus inter maritum sponsae, et inter eum, qui dotem promittit (siue iste sit sponsa, siue quisquis alius) et per hunc contractum dotans sponsam obligat, ad dandum marito sponsae pro dote tantam summam pecuniae pro alendam uxore, familia, et aliis oneribus matrimonii hoc tempore, quo matrimonium durat. Maritus contra sponsae obligatur ad onera illa substentanda tali summa pecuniae toto tempore matrimonii, quo soluto illa integra restituet.

Ex vi ergo huius 2.i contractus tenetur dotans sponsam dare marito sponsae bona, quae ex tempore, quo contractus matrimonii substinet onera matrimonii, sive dotem promisit: et maritus sponsae habet ius ad expensas sumptus matrimonii, quos facit toto tempore, quo differtur solutio dotis. Unde sic argumentor; generaliter potest licite sibi retinere quidquid accipit in expensas sumptus matrimonii, et valorem sumptus non excedit, et fructus pignoris accipit in expensas sumptus matrimonii, et non excedunt valorem sumptuum; ergo licet illos sibi retinere, et non tenetur illos in sortem computare.

Hanc rationem tradit ab Innocentio cap. relato, ex quo minorem, quod dicit, cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonii supportanda, ac si diceret, sumptus matrimonii tantum valent, quantum fructus dotis integrae, et statim collectae, si in rebus fructiferis solueret; ergo fructus ex pignore collecti non excedunt valorem sumptuum matrimonii. Et hic ratio, quia fructus ex pignore collecti non sunt maiores, quam fructus dotis, si ex pecunia promissa maritus emeret possessiones fructiferas; ergo etc.

Maior [probatur] syllogismo; quia maritus sponsus, vice
generi habet ius ad exigendam pecuniam nonnisi ad sumptus matri-
monii, quos facit toto tempore, quo non solvitur dos, et quam colligeret ex
dote, si pecunia dotis emeret possessionem fructiferam; ergo licite retinet quidquid
recipit in compensationem sumptuum matrimonii, dummodo hoc non excedat valorem sump-
tuum matrimonii, eo ut verius, et melius dicam, dummodo non excedat valorem fructuum, quos
ex dote sibi soluta perciperet.

Confirmatur: quia promittens dotem, dum celebrat contractum dotis et
tradit pignus fructiferum pro tempore, quo differtur solutio dotis, intelligitur id dare,
ut ex eius fructibus onera matrimonii supportentur; ergo licite sibi retinet gene-
rus fructus pignoris, quandiu non solvitur dos. Confirmatur secundo, quia si expresse in celebra-
tione contractus diceretur, quod gener perciperet fructus ex pignore toto tempore, quo non
solvitur dos, licite absque dubio illos sibi acciperet: sed hoc implicite dicitur; ergo licite
sibi retinet gener fructus pignoris, quandiu non solvitur dos. Minor hic et 13
[illegible] quia dotans sponsus vult quod non consumatur dos; sed quod ex illa, alatur uxor,
et fiant sumptus matrimonii; ergo dum non tradit dotem, et dat pignus fructiferum,
intelligitur id dare, ut ex illius fructibus alatur uxor, et familia.

Ofiel [illegible]
declaravit ita esse intelligendum contractum dotis, quod ubi non exprimitur contrac-
tus dotis absolute celebratus, intelligitur celebrari in his terminis, quod contractus dotis
fit cum conditione, quod gener accipiat sibi fructus ex pignore dato toto tempore,
quo differtur solutio dotis, nisi expresse interveniat pactum, quod gener non per-
cipiat fructus ex pignore. Sententiam nostram et exponitis amplectuntur Salon,
et Pª Molina disp. 314, et cum aliis Pr. Fallas dub. 29.

Ex dictis pro adiu-
[illegible] difficultatis dicendum est generum accipere sibi fructus ex pignore,
non pro dilatione solutionis dotis, in quo interveniret usura, sed in recompen-
satione sumptuum matrimonii, ad quos habet ius ratione contractus dotis. C.
2. illationes ex dictis. C. 2.

illationes ex dictis.

Ex dict. Primo colligit. 1o qd. si fructus ex pignore nimis exudant fructus, qui ex dote st. solutus, si in pensionibus fructfeau soluendum, colligerent, aut suppetant sump- tus nativos ad onera matrimonii sustinenda, n. possint ees accipi a genero ultra dotis, et teneatur ista computare in sortem dotis illos nimis excessus. Pt. q. ex na contractus dotis ibi generes dotans fructus ad sumptus navios oneribus matrimonii sustinendis; q. quidquid ultra hoc accipitur à marito, sponsus iniuste accipitur. Recte

t. notant auth. hoc n. ee nimis stricte accipiendum, et sumptus interpretandos ex decentia status. Imo si fructus n. sint nimis excedentes, et ex uberantes fructus percipiendos ex dote, aut sumptus navios ad onera matrimonii, indicandus ē illos socerum donare illa sa- lon. ubi sup.

Colligit. 2o teneri generum computare fructus pignoris in sortem dotis, q. do tempore, quo n. soluit. dos, nullus sustinet onus matrimonii, eo q. uxor maneat adhuc post matrimonium in domo Patris, et ab illo alat. ita ut pro tali illo nullus maius onus generi sustinet, quos alias sustinere. Rao ē, q. cessat titulus iustus per quem pot sibi licite accipere fructus ex pignore; q. in tali casu tenet. computare fructus pignoris in sortem dotis.

Colligit. 3o generum n. posse licite accipere fructus pignoris ultra sortis, quando contractus dotis ita celebratus fuit, qd socer teneret genero in tanta dote pro toto matrimonii tempore, solvenda ad certum tempus, et ibi ad securitatem dotis tempore statuto solvende socer illi tradat pignus. Rao ē, q. ut toto tempore quo n. soluit. dos, sustinebit onera matrimonii, sine pro dote solvenda tempore statuto se obligauit ad sustinenda onera toto tempore matrimonii, q. se obligat ad sustinenda onera matrimonii tempore quo differtur solutio dotis. Deinde cum pater soluta dote

accipiat dispensatos sibi onera matrimonii, quae ante solutionem dotis supportavit, et quae post solutionem dotis sustinet, non potest licite alios dispensatos accipere. hoc enim est contra dispositionem facti intentionem.

Rogabis hic an debito nostra sit una etiam in tantis singulis gener[?] si obligat, ad reddendam integram dotem dissoluto matrimonio, ut in Quaestionanda? Resp. affirmative cum D. Salas. Ratio ergo, quia titulus licitus percipiendi fructus ex pignore est obligatio sustentandi onera matrimonii toto tempore, quo non soluta dos: et iste titulus perseverat in tantis singulis generis, cum sponsus intentione reddere integram dotem dissoluto matrimonio; ergo etc.

Rogabis 2.º, an idem sit una casu quo gener sit dives, et habeat unde sustentet familiam? Resp. affirmative, quia titulus percipiendi fructus ex pignore, oritur ex contractu dotis in genere, et socero: et iste titulus perseverat semper, etiamsi nulla detur indigentia, et gener sit alias dives, ergo potest gener percipere fructus ex pignore accipere, non computando illos in sortem dotis, etiamsi dives sit, et habeat unde sustentet familiam. C. 3. non nulla dubia expediunt.

Non nulla dubia expediunt. C. 3.

Dubium 1.um sit, an gener sine usurae labe possit percipere a socero, ut quotannis certam pecuniae quantitatem tibi solvat, quousque non solvitur dotem? Resp. affirmative. Ratio, quia Pontifex in Extravag. sanctissimum dotis dedit potestatem genero accipere sibi fructus, qui a fortuna pendent, ut adversarii dicunt, atque ut ibi fructus possunt vendi pro aliquo pretio quotannis solvendo; ergo si gener potest licite fructus ex pignore sibi accipere, ita potest accipere totum pecuniae valorem, quanti aestimantur fructus, et de eo inimicis sibi socero. Ita D. Molina et alii disp. 801.

Secundum dubium, an

rarumque socero, qui minus dotis statim solvendae, et post contractum matrimonium petierit a genero dilationem solutionis dotis per annum, et interim tradiderit illi pignus fructiferum, potest gener sine usura accipere sibi fructus ex pignore, et non computare illos in sortem dotis. Ratio, quia si ipse gener statim dotem non solveret, eo quod libere concedit dilationem solutionis per annum. Et, quia in hoc casu gener vult libere dilationem solutionis dotis, quod virtualiter mutuare dotem socero: et si mutuaret formaliter dotem, non posset sine usura accipere sibi fructus ex pignore: ergo in hoc casu non potest gener sine usura accipere sibi fructus ex pignore. Minor constat, quia si formaliter mutuaret dotem socero, et acciperet sibi fructus ex pignore, acciperet aliquid ultra sortem ratione mutui; ergo &c.

Ad hoc, si per generum non stetit quominus solveret statim dotem, neque ipse dilationem concedat, ut ratione dilationis percipiat fructus, et rogat socerum, ut [illegible], et in commoditate solvat, potest sine usura sibi accipere fructus ex pignore, non computando illos in sortem dotis. Ratio est, quia tunc non accipit fructus ratione dilationis solutionis dotis, quod esset usura; sed propter onera matrimonii, quae interim sustinet: atqui accipere fructus propter onera matrimonii non est usura; ergo &c.

Ubi dictamen habes facillime, quo suspicio usurae removeri poterit ab hoc contractu, si generum cum socero conveniat, ut prius contractu dotis [illegible], et alterum denuo celebret in quo socer interim dum solvit dotem genero, det fructus pignoris pro oneribus matrimonii sustinendis, cum ratione dilationis, quod quando solverit dotem, ea deserviat ad sustinenda onera sequentia matrimonii. Ratio est, quia tunc gener accipit fructus ex pignore in recompensationem sumptuum matrimonii, quos facit ante solutionem dotis; ergo tunc nulla est suspicio usurae in fructibus percipiendis ex pignore.

Neque ex hoc sequitur posse generum exigere a quolibet alio extraneo aliquid ultra sortem in compensationem onerum matrimonii, casu quo extraneo pecuniam dotis mutuatam concedat.

Ratio est, quia ad extraneum non pertinet supportare onera matrimonii; ad socerum vero, seu aliam personam dotantem sponsum pertinet. Unde si ab alio extraneo, et non dotante sponsum aliquid accipiat ultra sortem, titulo mutui accipiet, quod est usura.

Dubium 3um, an dissoluto matrimonio morte uxoris possit adhuc gener sibi accipere fructus ex pignore, quamdiu non solvitur dos? Difficultas procedit casu quo maneant filii ex matrimonio. Nam si filii non relinquantur, cum gener teneatur reddere dotem heredibus uxoris, certum est non posse percipere fructus ex pignore.

Respondeo est dubio negative. Ita sancitum est ordinationibus Lusitaniae, ut refert Pater Molina, ex quo prudenter ubique idem arbitrandum censet idem Molina disputatione 322. Ratio resolutionis est, quia cessat titulus iustus accipiendi fructus ex pignore, quia dissoluto matrimonio non potest gener sibi accipere fructus ex pignore, quamdiu non solvitur dos. Antecedens probatur, quia titulus iustus est ad onera matrimonii sustinenda, desinente autem integra dote, cessat titulus iustus, ergo. Antecedens probatur, nam licet remaneat familia, et filii, qui alantur, cessat obligatio ex parte dotantium, qui solum se obligarunt dare fructus ex pignore ad onera matrimonii, et ut dos integra consurgeret, et cessat donatio fructuum, qui fiebat, ut uxor, et familia alantur salva dote. Nam dos mortua uxore dotata filiis et familiae alendae deserviri potest, ergo etc.

Potest vero gener exigere a Patre defunctae, seu a dotante illam, ut statim dotem solvat. Quod si non solverit, potest exigere ab illo lucrum cessans, quod colligeret ex dote, si in possessionibus fructiferis solveretur, et insuper quod sua industria, et diligentia ex dote acquireret. Ratio est, quia ut docet Pater Molina, pater est usufructuarius sui filii, ergo potest exigere sibi lucrum cessans, quod colligeret ex dote in possessionibus fructiferis soluta, et quod mea industria ex dote compararet.

Rogabis quid dicendum sit de ipsa sponsa defuncto marito, habito pro divortiis se-

separata? Licet, possit licite fructus ex pignore accipere non computando illos in sorte. Ratio est quia perseverat idem titulus, quem antea dabat, scilicet 1ª arg. quia titulus erat, quod vir actualiter, et quia ratione matrimonii [illegible] debebat alimenta. 2º 2ª ita Navarrus diversis et in manuali cap. 17, Soto lib. 6 de iustitia q. 1. a Garcia de Matalibus, et Mercado lib. 4 cap. 8 contra Caietanum, et Molina asserentes videlicet solum ratione lucri cessantis posse percipere fructus ex pignore.

Resolutio vera est, sive fructus ex pignore, cum alimenta sibi debita, et loco dotis subrogata accipiat a 2ª, qui nondum solverat dotem marito, sive a heredibus mariti, cui tradita fuerat dos: namque in utroque casu habet titulum iustum ratione cuius sine usura potest accipere fructus ex pignore, sive alimenta donec sibi solvatur dos.

Replicabis 2º an sponsa defuncto marito possit ali de bonis dotibus, sive de bonorum cumulo toto tempore, quo heredes, cum testamentarii non restituunt dotem? Licet affirmative. 2º 2ª quia mulier debet ali de bonis mariti et decenter station toto tempore, quo non solvitur illi dos; quod a fortiori potest ali de bonis dotibus, cum de bonorum cumulo toto tempore, quo sibi non restituitur dos. Arg. tradit, inter alios a Parmanitano, et Cobarrubia, quos adducit [illegible], Molina cum hac tamen limitatione, si vidua non habeat aliunde unde substentet. Ophe quod in regno Castellae receptum est, ut de bonis dotibus alatur uxor usque ad partitionem bonorum, in qua illi solvatur dos: cum a heredes non teneant solvere dotem intra annum, ratio illi debentur alimenta.

Ex dictis in hac quaestione infertur 1º licitum esse statutum, quo in Republica sanciretur, ut quandiu socer non tradit dotem promissam, teneatur singulis annis reddere genero certam pecuniae quantitatem, verbi gratia quinque per centum, ita ut si promissa dos valet centum, solvat singulis annis quinque ad onera matrimonii substinenda. Ratio est, quia hoc est iustum

pretij, plus oneribus sustinendis. Ergo hoc iure et licite in re sub-
stanciali pot. Unde hoc pactum licite pot accipere census inservinam
et nullus illi locus esset.

Inferes 2° licitum esse etiam statutum, quo eodem
pacto sanciretur quod heredes mariti tenerentur reddere viduae certam
pecuniae quantitatem ex. g. [illegible] sue dotis. Vigesima quinque pro centum. Quia
viduae debentur alimenta dum non soluta dos: et haec pecunia iusto pretio taxari
et licite pactum pot, ut viduae soluatur pretium, quo taxata sunt alimenta.

Quaestio 16 et ultima an qui mutuat feudatario accipiendo feu-
dum in pignus possit percipere fructus feudi non computando illos in sor-
tem, ubi idem de emphiteuta. C. 1. exponuntur contractus feudi, et emphi-
teusis, et explicatur difficultas.

quaestio 16.a et ultima

an qui mutuat feudatario accipiendo feudum in pignus
possit percipere fructus feudi non computando illos in sorte, ubi
idem de emphiteute. C. 1.

Exponuntur contractus feudi, et emphiteusis, et explicatur difficultas.

Contractus feudi est in quo res immobilis alteri
traditur cum translatione domini utilis proprietate retenta cum onere
fidelitatis, et obsequij personalis praestandi domino directo. Vig. a rex
alicui nobili oppidum concedat retinendo apud se dominium directum, sive
proprietatem illius cum eo onere, ut regem comitaretur in bello, quoties rex bellum
aggrederetur. Et sub hoc onere donet illi dominium utile oppidi, eiusque
fructuum. Hic contractus feudi, census feudalis dicitur, et oppidum, quod rex, qui
tradit quoad dominium utile tantum, vocatur feudum, illeque, qui accipit cum tali
onere, feudatarius appellatur.

Emphiteusis est contractus, in quo res immobi-
lis, quae cultura post efficitur melior, traditur alteri, in perpetuum, vel brevi-
us saltem, quam ad decennium, ita ut dominium illius, et possessio civilis mane-
at apud dominum, qui tradit rem; dominium autem utile transfertur in em-
phiteutam cum onere, ut quotannis soluat aliquam pensionem domino. Iste

Lite Contractus in multis conveniat cum contractu feudi, sic tamen contractus feudi similitudine vrumpetur, ut non declinat in emphiteusim, cum ut nihil habeat admixtum emphiteusis; in multis differt ab emphiteusi.

Differt 1mo inprimis, quod ex contractu emphiteusis oritur obligatio persolvendi aliquam pensionem Domino illius, non vero obsequium personale, ut ex contractu feudi. Secundo, quod in emphiteusi potest emphiteuta, sine assensu rei immobilis Domini directi illius tamen tradendi alteri in pignus, l'alteri cedere cum eodem onere, cum pensione sine Domini; feudatarius vero id non potest sine feudi Domini directi domino.

3o in emphiteusi tradi solet res accepto aliquo pretio a parte contractus; in feudo vero nullus traditur pretio, et vasallus (sic enim dicitur feudi acceptor) postea in signum fidelitatis reddit aliquod obsequium personale. 4o ut docet P. Molina emphiteusis non differt a locatione, quarum in longum tempus; vel ad minus ultra decennium locatur moderato pretio. Quod fuisset institutio huius contractus e tradere res steriles vel agrorum alteri, qui illos colat, et labore, ac industria sua illos efficiat meliores. Emphiteusis enim latine sonat melioratio. Et ideo exiguo pretio traditur emphiteutae, quia ipse res melioratas tradere debet. Alias differentias inter utrumque, hunc contractum feudi, et emphiteusis legere poteris apud P. Molina disp. 545, et apud Silvestrum verbo feudum.

Suff.[a] Thius Convenit contractus expositio, difficultas est, an quando feudatarius accipit pecuniam mutuatam a Domino feudi reddendo illi in pignus ipsum feudum, quamdiu non solvit illi pecuniam mutuatam, peccat Dominus feudi absque usura interea dum non solvitur pecunia mutuata, percipiens fructus feudi impignorati non computando illos in sortem. V.g. si rex, qui donavit vasalo nobili oppidum, et eidem mutuaret quantitatem pecuniae, et acciperet oppidum in pignus mutuatae pecuniae, Tempore, quo non solvitur pecunia regi, fructus perciperet fructus oppidi, quamdiu non solvitur pecunia a vasallo, et hos fructus non computaret in sortem pecuniae mutuatae?

In qua difficultate ubi, definita

affirmativa in cap. conquestus de usuris, ubi postquam Pontifex docuisset in reliquis pignoribus fructus esse computandos in sortem, addit, nisi pignus sit aliquod feudum Ecclesiae, quod tunc, dicit, non esse computandos, dummodo feudatarius liberet ab onere persolvendi servitium Personale, quod tenebatur Ecclesiae praestare. Et hinc oritur difficultas, in quo sensu hoc intelligatur, et quare excuset ab usura Dominus feudi. Cap. 2. expeditur difficultas.

Caput 2.

Expeditur difficultas.

§. Multiplex est doctorum sententia in praesenti difficultate. 1a sententia glossae in hoc cap. docet id esse iure feudi Ecclesiae in favorem ecclesiae. 2a sententia Ioannis de Medina quaest. de rebus per usuram acquisitis, cum quo sentiunt Covarruvias, et alii: docent posse Dominum feudi percipere fructus sibi; quia est natura huius feudi, ut quoties res data feudatario redierit ad Dominum directum et habentem dominium proprietatis, redeat cum fructibus, et tunc pertineat ad dominum feudi dominii etiam utilitatis.

Tertia sententia docet decisionem Pontificis esse quae dicta dicta conventus fuit inter Regem et vasallum, quod ille rex perciperet fructus, quoad usque rediret feudum in pignus re mutuata. 4a sententia est Silvestri verbo usura, Navarri cap. 2. docentium quod quando Dominus feudi dedit proprietatem dominii utile illi feudatario, ille per impignorationem redierit ad Dominum feudi, quia feudatarius illud tradit in pignus, potest tunc percipere fructus illius; si vero feudum datum sit tradito onere, quod praestet servitium, aut pensionem aliquam, non potest tunc percipere fructus.

Nulla ex his sententia placet.

Ut autem explicemus suppono certum esse, quod si feudatarius reddat debitum servitium, et Dominus feudi illud acceptet, non possit licite percipere fructus feudi. Constat maxime hoc ex decisione posita a Pontifice, ut Dominus feudi percipere possit fructus non computando ipsos in sortem, vult quod feudatarius liberetur ab onere persolvendi officium Personale: at si feudatarius offerat servitium Personale,

et illud acciperet Dnus feudi non liberat ab obligatione persolvendi servitium Personale; ergo etc. Et dico, quia si acciperet fructus citra servitium Personale illud acciperet ob mutuum, et ob mutuum non potest recipere fructus; ergo est manifesta usura; ergo etc.

Suppono 2o Dnum feudi non posse percipere ex feudo eos fructus, quando illud melioratum est apud feudatarium, et ad summum fructus correspondentes feudo ante meliorationem. Ratio est quia aequitas et justitia postulat, ne feudatarius privetur meliorationibus ex suis expensis provenientibus; ergo etc.

His suppositis, sit mea decisio: quod feudatarius mutuans et ab illo accipit feudum impignoratum, solum potest percipere ex feudo fructus aequivalentes servitio Personali, a quo liberat feudatarium. Unde si plures fructus recipiat excedentes valorem servitii, quod persolveret feudatarius, committit usuram, et tenebitur restituere. Probatur quia fructus feudi sunt feudatarii, atque inde nullum habet titulum Dnus feudi, ut illos accipiat, nisi ratione mutui: at illos accipere ratione mutui est usura; ergo Dnus feudi illos accipere non potest.

Probatur 2o, quia Dnus feudi percipiens fructus excedentes valorem servitii Personalis sui vasalli lucratur aliquid pretio aestimabile ratione mutui: at ratione mutui nihil lucrari potest; ergo etc. Et magis quia nullum titulum habet accipiendi illum excessum citra mutuum; ergo etc.

Probatur 3o, quia si Dnus feudi posset licite percipere fructus abundantiores ex feudo impignorato, idem dicendum esset in omni contractu pignoratitio, atque inde si quis praedium, quod fructus habet, impignoraret Dno illius ad securitatem mutui, eo ipso acquireret omnes fructus praedii, quod docent Rodriguez et Mercado, quos recte impugnat Covarruvias, Navarra et Molina; ergo etc. Quod autem id dicendum, sic probatur, quia impignorator praedii non transfert dominium in illum, nec recipiens acquirit aliquod jus in illud, sed solum illud datur in securitatem rei mutuatae; ergo etc.

Denique quia (?) utrumque requirat, ad quod dicitur, ulterius dicitur in deposito ipsi Domino, quod inde (?) ipse fructus percipere, quod rem reddit, quod Ultimo sequitur a contrario (?) quod ideo Dominus feudi et adversarius potest percipere omnes fructus ex feudo, quia quodammodo ad proprium dominium reddit, dominium directum attrahit ad se dominium utile, et dominium utile consumpit (?) cum directo: et in deposito facto Domino feudi res reddit ad proprium Dominum, quare tunc potest iste fructus percipere.

Ex dictis colligitur explicatio capitis conquestus quod fructus feudi dati in pignus non sunt computandi in sortem, namque intelligendum est, quando servitium personale, a quo liberatur feudatarius, aequivalet fructibus feudi impignorati. Et ratio est, quia tunc Dominus feudi nihil accipit extra sortem, quam mutuavit titulo mutui, quare tunc nullus committitur usura. Ubi in illo capite distinguit Pontifex dicens interpignus feudale et alia pignora, et decernit in aliis pignoribus fructus esse computandos in sortem a mutuante, quia nihil aliud erat illi debitum pro eo quod mutuavit; at in pignore si ultra illum percipiat fructus pignoris, illos recipiet sine mutuo, quod manifeste usurarius est actus; in pignore feudali, quia ultra capitale mutuatum a Domino feudi illi debebat aliquid servitium personale solvendum a feudatario, ait Pontifex, tunc posse Dominus feudi ultra capitale mutuatum accipere fructus aequivalentes servitio, vel pensioni, quam solvit feudatarius, et a qua liberatur. Et hoc in fructus, quos accipit loco servitii, quod ubi ultra sortem debebat, nullus est usurarius contractus.

Unde infertur 1° Pontificem decernere, quod omnes fructus possit percipere Dominus feudi, sed tantum illos, qui aequivaleant servitio personali, quod feudatario tunc remittit. Infertur [illegible] nullos fructus posse recipere Dominus feudi, si servitium non remittat feudatario. Infertur 3° solum posse percipere eos fructus feudi, quando servitium [illegible]

qd sumitur diber equivaleat

Rogabis, an in feudatarius offerat rem personaliter, illud teneat accipere Dominus feudi. Rest. affirmative, et hinc nullos posse praecipere fructus ex feudo exigi nequeat, quia illos non recipit titulo mutui, qd erat aliquid ... &c.

Rogabis 2°, an qui sumit per vicem secundi, et omnes fructus ... sine tenetur personaliter feudatarius secundi ... sufficiant fructus secundi equivaleant. Rest. affirmative quia alias ... qd debet ... nulla ratio, nisi mutuum aliquid accipere debeat &c.

Rogabis 3°, quo sensu procedit illud axioma, qd ... feudi ex re rediens ad proprium Dominum, directo domino ... ad eundem pertineat? Rest. hunc esse verum axioma, quod feudatarius sua culpa ... secundi, qd ... nec ex feudo accipiat sub eo Dominio, ut secundi ... fructus, sicut ... Dominio sua culpa feudi amittat, sed non aliter. Et haec erat hujus Tractatus.

Rogabis 4°, an idem dicendum sit de emphyteusi et ... quae dicta sunt de feudo intelligenda a de emphyteusi? Dico duobus exceptis ... sine accipiendi aliquid ultra sortem in mutuo ...

In aliis ... quaestionibus ... aliquid ... in Contractu mutui, ratione quarum licite exigere et accipere ... mutuans aliquid ultra sortem. Et hic in sequenti dissertatione explicabimus. Qo 1a an ratione damni emergentis possit aliquid exigi ultra sortem in Contractu mutui? ... Ratione damni emergentis licite aliquid exigere ultra sortem in Contractu mutui? Quaestio 1a

an ratione damni emergentis possit aliquid exigi ultra sortem in Contractu mutui?

Cap. 1.u 3

Ratione damni emergentis licet aliquid exigere ultra sortem in contractu mutui.

Damnum emergens mutuanti est detrimentum illud, quod in suis bonis seu habitis patitur mutuans ex eo, quod pecunias alteri mutuaverit, v.g. si quis habeat pecuniam ad emendum triticum necessarium suae familiae tempore messis quando pretio moderato, et eo quod pecuniam mutuaverit, cogatur illud emere mense Maii carissimo pretio, ille excessus pretii, quo plus emit triticum, quam minoris emerat, est damnum illi emergens. Sub bonis autem habitis comprehenduntur etiam illa, quae quis certo habiturus est, seu quae certo hereditaturus est, et tunc in mutuo quis patiatur illorum iacturam, perinde est, quando prius amittit, ac si essent iam habita. Unde iactura hereditatis certo hereditandae, vel beneficii certo conferendi, quam quis patitur, eo quod alteri pecuniam mutuavit, est damnum illi emergens.

Hoc damnum emergens duplici titulo oriri potest mutuanti. 1.o Oriri potest ex eo, quod mutuatarius non solvit tempore statuto pecuniam mutuatam, et propterea solutio ultra terminum praefixum, et sit in mora solvendi. 2.do Oriri potest ex eo praecise, quod mutuans dederit pecuniam mutuatam ad annum, licet eodem tempore emendi habebat ad alendam suam familiam, et comparanda necessaria sustentationi.

Quando emergit damnum mutuanti ex eo quod mutuatarius sit in mora solvendi et tempore praefixo non solvit, docent Doctores communiter, posse mutuantem exigere ultra sortem totum id, in quo aestimatur damnum. Quando vero damnum emergit mutuanti praecise quod pecuniam mutuavit, negavit Scotus, posse illum aliquid ultra sortem exigere. Dicendum est cum reliquorum Theologorum communi, docet posse mutuantem licite exigere ultra sortem totum illud, in quo damnum aestimatur.

Sit gratia Deo

Deletur, ratione damni emergentis mutuanti; ex eo, quod pecunia mutu-
antis potest licite, et sine usura exigere ultra sortem totum id, in quo aesti-
matur illud damnum. Ita D. Thomas, et reliqui Theologi in eo in hoc
articulo, et Summistae verbo usura, quos refert Rabanus lib. 3o c. 5
restitutione cap. 6 et P. Salas tract. de usuris, dub. 18. Secundus, quia
usura est lucrum immediate ex mutuo proveniens: et illud augmentum quod exigi-
tur ultra sortem non provenit immediate ex mutuo: ergo illud augmentum non est usu-
ra: ac proinde exigi potest sine peccato usurae. Minor probatur, quia illud aug-
mentum exigitur ratione damni emergentis, quod patitur mutuans, et ut dam-
num recompenset; ergo illud augmentum non provenit immediate ex mutuo. Quod autem lici-
te possit mutuans exigere et accipere illud augmentum ex eo probatur, quia mu-
tuans non tenetur damnum pati in gratiam boni causa beneficii, quod in alte-
rum confert; ergo licite potest mutuans exigere et recipere interesse aequivalens
damno sibi emergenti.

Confirmatur, quia licite vendit quis rem pluris quam
valet in se, quando ex venditione aliquod damnum patitur: ergo simi-
liter licite accipit aliquid ultra sortem mutuans, quando ex mutuo aliquod
patitur damnum. Antecedens constat, nam ideo licita est ejusmodi venditio majori pretio,
quia excessus pretii accipitur in recompensationem damni provenientis vendi-
tori, et non in pretium rei venditae: et in nostro casu excessus ultra sortem exi-
gitur in recompensationem damni, quod incurrit mutuans, eo tamen quod mu-
tuavit, et non ratione mutui; ergo etc.

Confirmatur 2o, quia fidejussor potest licite petere
et accipere recompensationem damni, quod patitur ex fidejussione, solvendo
pro alio; ergo mutuans potest licite petere, et accipere recompensationem damni,
quod patitur ex beneficio mutui alteri impenso. Antecedens constat ex textu in cap. 1o
de fidejussoribus. Consequentia probatur a paritate, et suadetur, quia solvere pro alio aeque
est [illegible] pecuniam illi mutuare; ergo etc.

Unde infertur, quod petens pecunias
ab altero mutuatas sub usuris, ut tibi illas mutuet, posse licite a

titulo accepta, eius usuram illam ultra sortem, quod illud damnum solum sit usuranti illi proveniat ex mutuo, quod sibi impendit eas pecunias quas accipiat sub usuris, ut illas sibi mutuet. Hoc tamen intelligendum est, quando Pauperes mutuans a principio eum admonuit de damno sibi emergente cum conditionibus requisitis ex sequentibus. C. 2. exponuntur conditiones requisitae ut licite exigat aliquid ultra sortem ratione damni emergentis.

Cap. 23

Exponuntur conditiones requisitae ut licite exigatur aliquid ultra sortem ratione damni emergentis.

Aliquae conditiones necessariae sunt, ut ratione damni emergentis aliquid ultra sortem exigere possit mutuans absque usura. 1a quod mutuum ratione sui ea damni emergentis, non ex alio casu damnum proveniat, non potest mutuans aliquam compensationem accipere illo, quod ignorantia sua dirigit mutuanti, quae mutuavit, quod mutuum ratione non est causa occasione damni. Unde si quis habeat alias pecunias, quas vitare poterat damnum sibi imminens, et sua culpa non vitavit, non potest licite compensationem ipsius damno accipere.

Secunda, quod mutuans a principio contractus, quando tradit pecuniam mutuatam, moneat mutuatarium de damno provenienti sibi ex mutuo, et quod illud deducat in pactum exigendo recompensationem illius. Ratio est, quia alias inferretur iniuria mutuatario, qui cognoscens illis expensis acceptum mutuum, vel non acciperet, vel alibi acciperet sine expensis.

Unde si a principio non admoneat mutuatarium de damno emergenti, etiamsi conscius illius sit, intendens in conscientia illud recompensare. Etiam sibi imputet mutuans, quod non admonuerit mutuatarium de damno. Sicut nulla est obligatio in conscientia resarciendi damnum proveniens venditori ex venditione, nisi illud in pactum deducat venditor re bene redocet P. Molina disp. 314.

Confirmat P. Salas locutum, quod obli-

ḡto resarciendi damni quaerendi ex mutuo, q[uan]do n[on] deducitur in pactu[m], n[on] nisi ex ipso iure, nec non ex pacto q[uo]d nulla e[st]. R[ati]o e[st], q[uia] sic obligatio datur independenter à pacto simplici quam fuit pactu[m], q[uo] q[uan]do n[on] intervenit pactu[m] nulla e[st] obligatio resarciendi damni.

Hoc v[er]o intelligendu[m] e[st], nisi mutuans cogat[ur] mutuare quia, aut fraudi nactus tunc tenetur mutuatarius in i[us]titia damnu[m] tot[um] resarcire, etsi simul[t]e[r] interveniat pactu[m] de damno resarciendo. Ratio e[st], q[uia] tunc sit iniuste cog[i]t[ur] mutuare, q[uia] vi, aut fraudi mutuare, ita iniuste cog[i]t[ur], tale damnu[m] pati, q[uo]d tenet[ur] mutuatarius damnu[m] q[uo]d iniuste patitur mutuans resarcire. Ita sentit P. Toletus lib. 5o summae cap. de 32.

Sic notandu[m] e[st] sufficere, ut mutuatarius teneat[ur] damnu[m] emergens resarcire, q[uo]d illud re ipsa patiatur mutuans, et illud exigat ultra sortem, li in pacto n[on] exponat illud exigere ratione sibi emergentis. Unde mutuans qui certo cognoscit, q[uo]d ex mutuo mille aureoru[m] q[uo]d veniet detrimentu[m] centu[m] aureoru[m], n[on] tenet[ur] insinuare, vel significare mutuatario, q[uo]d sibi resistituat mille, et centu[m] aureos. R[ati]o e[st] q[uia] sic mutuatarius in iustitia illud interesse exigi q[uo]d alias mutuu[m].

Ratio e[st], q[uia] iam mutuatarius diversit[at]e in duobus illis oneribus sive interesse ultra sortem, et ex eo q[uo]d exhibeat illos centu[m] aureos exigi ratione mutui, et n[on] ratione damni emergentis, nulla oritur inaequalitas, nec ullum fit iniustitia, neque deceptio à contrario, ut cogat[ur] acceptare contractu[m], quia alias n[on] acceptaret, et c[etera]. Adhuc v[er]o mutuans in hoc casu peccaret c[ontr]a charitatem, fovendo mutuatarii animu[m] scandali, ex indicando illos centu[m] aureos exigi ratione mutui. Ut bene notat P. Tolay his usq.

Hic monitio de damno sibi emergenti n[on] e[st] ratio demandanda mutuanti, q[uan]do damnu[m] emergit ex eo q[uo]d mutuatar

tario non soluat tempore praefixo. Ita docent Nabarra lib. 3 de resti-
tutione c. 2, Molina disp. 319, Lessius et alii apud P. Salas
contra Cajetanum afferentes etiam tunc admonendum a mutuatario mu-
tuantem de damno sibi emergenti ex dilatione solutionis.

Ratio nostrae resolutionis, quia
mutuatarius ex eo, quod non soluit tempore praefixo, est causa damni illati mutuanti;
ergo tenetur illud resarcire. Cum aliunde sciat se teneri ad soluendum tempore
praefixo, sibi imputare debet, quod ex sua culpabili mora in soluendo da-
mnum resarcire cogatur. — Praeterea, sicut fur tenetur restituere non solum rem fu-
ratam, sed etiam damna, quae intulit ex illius ablatione, quia invito domino rem de-
tinet, sed mutuatarius detinens rem alienam ultra tempus praefixum invito domino
perinde se habet ac fur; ergo tenetur restituere omnia damna, quae in mutuantem
mutuans ex eo quod non soluat tempore praefixo.

Opponitur 1o, quod si debitor moneatur
ut soluat creditori, et propter eius moram in soluendo creditori sequa-
tur aliquod damnum, tenetur debitor illud damnum resarcire, ut omnes fere
Doctores docent, secus de damno illo non moneatur, quia sua culpa fuit causa
illius: sed mutuatarius non soluens tempore praefixo sua culpa est causa damni
non requisiti mutuanti ex dilatione solutionis; ergo tenetur etiam illud resar-
cire, licet non admoneatur a mutuante de tali damno ex dilatione
solutionis orto.

Neque excusatur mutuatarius ex eo, quod ignoret se illaturum
esse damnum mutuanti non soluendo, quod si non ignorasset, statim sol-
uisset. Ratio est, quia sufficit quod sciat se teneri soluere tempore praefixo, et
quod sua culpa non soluerit. Nam ex hoc sequitur damnum inferri mutuan-
ti culpabiliter: sed damnum, quod infertur mutuanti culpabiliter, tenetur
resarcire; ergo tenetur resarcire damnum emergens mutuanti ex eo, quod non sol-
uat tempore praefixo, licet tale damnum ignoret.

Sit 4o, mutuatarius diligentis cir-
cumstantiis non indigentis mutuantis, et beneuolentiae signis expressis vicissim

illa indicant mutuantem non egere lucro, quod differat solutionem, a tenetur damnum emergens mutuanti recompensare, quia tunc non accidit sua, et mutuantis actya, qui neque pecuniam non exegit, et talia indicia benevolentiae vel indigentiae dedit, ut mutuatarius credat mutuatorem pecuniam illo non invito retinere, ut bene notavit P. Lessius libro 2do cap. 20 dubitatione 10.

Nequidem hoc casu mutuatarius dicitur absolute esse in mora solvendi, utpote solutionem dilatam, q.q.; Tunc alliquis dicitur absolute esse in mora solvendi, quando moraliter cognitat, vel cognitare tenetur attentis circumstantiis, vel indigentia, vel amicitia creditoris, se pecuniam retinere illo invito. Aliquando sese petiit pecuniam creditor etc. Unde ut debitor in hoc casu teneatur ad damnum emergens creditori recompensandum, debet ratione admoneri, ut solvat: quia alias bona fide et ex voluntate creditoris rationabiliter praesumpta pecuniam retinet.

Rogabis, an mutuatarius teneatur damnum emergens resarcire, quando non solvit suo proprio tempore, vel non est solvendo, vel alia iusta de causa? Resp. non teneri, etiamsi ipse admoneatur de damno emergenti mutuanti ex dilatione solutionis. Nec mutuantem posse a mutuatario iuste exigere recompensationem talis damni. Ratio est, quia mutuatarius non est ea culpabilis illius damni, neque interveniat illud recompensare. Praeterea mutuans non habet ius aut titulum iustitiae, ut exigat recompensationem illius. Dixi, a pacto contractus deducto fuerit impactus, quod mutuatarius damnum resarciat beneficium aequale ratione contractus, et mutuator poterit licite exigere compensationem. Talea pacta est licita, quia mutuans licite potest vendere illud damnum, ut se servet indemnem.

B. Dixi, quod mutuans non cogat mutuatarium, pecuniam de periculo damni futuri, quod damno, et hoc relinquat eius arbitrio: nam si mutuatarius paratus sit esse damnum

qd evenit compensare, mutuans recuperat indemnis: sive agatur de certo pro pacto et periculo gravaturus mutuatarius. Ita Doctor

D. Dr. Adhuc 8°. si mutuatarius indifferenter velit pacisci, liberare aut, aut de damno, qd mutuans pro mutuatione sit accepturus, et exigere posse, qd eventus fuerit periculo, et postea nullum damnum reportatum eveniat.

Ultra has conditiones praedictas ab omnibus Doctoribus requisitas, addunt alii requiri etiam qd mutuatarius requirat mutuum, et rogatus mutuet: qd si ultro se offerat ad mutuandum, tunc credere in damnum debetur, et illud velle subire. Sed haec conditio reddenda est, qa vel ultro se offerat mutuatarius ad mutuandum, sive clare appareat damnum qd illi emergit, debet deducere in pactum, vel indicat ipso, qd vel voluntarie mutuet, et vult mutuare, non renuntiat suam indemnitatem, ac proinde qd non valeat damnum subire.

Rogatur an quum accepit pecuniam mutuatam ab alio sub usuris, possit tunc ille, vel partem illius alteri 3° mutuare eodem onere, hoc est, eo pacto, ut solvat usuras per partem illarum, quas alteri solvendum est usurario? Resp. id licere, si ea accipiendi pecuniam ab usurario sub usuris fuit evitatio alicuius damni, vel acquisitio alicuius lucri, qd cessabat. Et haec ita procedunt: tunc enim licet pecuniam alteri mutuare cum onere solvendi usuras, vel partem illarum in recompensationem damni, qd ex mutuo patitur, qui pecunias accepit ab usurario sub usuris, et easdem alteri mutuat.

Dico contra si tempore quo accepte fuerunt pecuniae ab usurario sub usuris, tunc cessavit ex dolo, vel ex [illegible], qa ipse nullum emergit damnum, vel cessat lucrum, tunc non licet aliquid exigere ultra sortem, nisi solum quantitatem quam persolvat. Ratio est, qa tunc nullum aliud titulum habet qui dat mutuum, nisi mutuum ipsum: et exigere aliquid propter mutuum non licet, qa est usura proprie. Denique ea accipiendi pecunias ab usurario fuit inutilis, qa ad [illegible]

ig rang illas accepit, nihil inde exigere pot, q nulla het eo respectu oblig; eius illud solvendi usuras ponit, & ac mutuari ex condiccione debitur a R. Vide Molina disp. 314 et P. Salas de usuris dub. 18. 90 V. an ratione lucri cessantis possit mutuans aliquid ultra sortem exigere absque usura. Cit. limitationes quae certae sunt.

Quaestio 2a

An ratione lucri cessantis possit mutuans aliquid ultra sortem exigere absque usura? Cap. 1us

Praemittuntur quae certa sunt.

Lucrum cessans est, a Dr. illud, quod quis acquirere poterat mediis pecuniis, quas mutuat, ex industria illis negotiando, a qua negotiatione quia impeditur ex eo, quod illas mutuat, dicitur lucrum illi cessans. Lucrum cessans hac ratione acceptum distinguitur a damno emergente, et a lucro cessante, ut hoc importat amissionem actiuiae boni, et dispendium sub damno emergente. Amissio enim actiuiae boni vocari est, pot damnum emergens.

Circa hunc titulum difficultas aliqua est certa in qq. Dr. Ducuntur, alia vero dubia, et quae examine indigent. Praemittemus certa, et deinde ex his faciemus ad examinanda dubia. Praemitto 1o lucrum cessans hoc duplex posse ad lucrum, id est remotum et propinquum. Remota est ea dictae, quae het pecunia ut sit in usum ad lucrandum sive ex negotiatione, sive ex emptione mercium &c. Proxima est ipsamet pecunia actiu è exposita negotiationi, praeparata ut proxime exponatur. Dicitur ab hac parte proxima, quod ex illa immediate, et statim sequitur lucrum. Huic duplici parti duplex correspondet lucrum cessans, aliud proveniat in parte proxima, et est quod ex illa statim dependet, est aliud vero quod est in parte remota, quod nondum pecunia ex parte est negotiationi, nec ad id destinata, potest tamen ad id exigere, et destinari, ac proinde pot ex illa remote lucrum sequi.

Premitto 2º. duplicitr posse negotiationem impediri, ne lucretur. 1º per ipsius voluntatem, qui ei negotiari vel ex propria ipsius voluntate, quia desisteret omnino a negotiatione ipse ex propria sua commodo, vel propter commodum mutuatarii petitum, quod illi mutuet pecuniam, quae erat negotiationi exposita, vel destinata.

His positis, sit 1ª conclusio, quod lucrum, quod erat in potentia remota, non potest mutuans aliquid ultra sortem exigere a mutuatario absque usura. Probatur, quia tunc nullum cessat lucrum; ergo quidquid exigitur ultra sortem, exigitur sola ratione mutui, quod est usurarium. Probatur antecedens: quia pecunia est ex se sterilis, et non fructificat, nisi negotiationi exposita: sed illa pecunia non erat exposita negotiationi expositae. Confirmatur, quia alitur in omni mutuo posset mutuator aliquid exigere ultra sortem, eo quod cessat illi lucrum, quod erat in potentia remota pecuniae, quam mutuat, et sic omnis usura liceret. Ergo etc.

Sit 2ª conclusio, etiamsi lucrum erat in potentia proxima, quia pecunia erat negotiationi destinata, si tamen mutuator sponte sua et propter suum commodum extrahit pecuniam a statu negotiationis, et illam postea mutuet, non potest exigere ultra sortem lucrum cessans. Probatur, quia pecunia tunc extracta est a statu negotiationis, et solum in potentia remota ad lucrum: atqui quando pecunia est in potentia remota ad lucrum, nihil exigi potest ultra sortem ratione lucri cessantis, ut constat ex antecedente conclusione. Ergo etc. Maior quoad 1ª partem probatur, quia extrahere pecuniam a statu negotiationis est mutare animum illam negotiandi; ergo etc. Quoad 2ª partem probatur, quia pecunia quae separata a negotiatione est de se sterilis. Ergo etc. Confirmatur, quia in hoc casu mutuatarius non est causa moralis, quod careat lucro, sed ipse mutuans, qui sua voluntate extrahit pecuniam a negotiatione, atque adeo non cessat lucrum propter mutuum, sive propter motivum mutuandi, ergo mutuatarius non tenetur restituere aliquid ultra sortem.

Sit 3ª conclusio, si mutuans he-

debebat pecuniam, in pos. gra ad lucrum, et insuper cogebatur illam mutuare, potest licite exigere ultra sortem omne lucrum sibi cessans; imo licet non exigat, tenetur mutuatarius lucrum solvere. Exemplum sit, si vasallus pecuniam destinatam negotiationi domino temporali mutuet, quia timet ab illo vexari, vel graves molestias passurus, nisi pecuniam mutuet. Pro Titius, qui mercaturis mutuat, patitur illud damnum lucri, quod non solum potest illud exigere, sed etiam qui causa illius est, tenetur illud lucrum incompensare, quamvis non debeat, in conscientia. Sic, qui pecuniam furatus a mercatore habente illam destinatam negotiationi, tenetur restituere non solum pecuniam, sed etiam lucrum, quod ea fructificare [illegible] [illegible].

(1) Hec doctrina verae, ut advertit Longus, R.o dubitatione [illegible] 3. § 1 P. Molina disp. 315, quamvis [illegible] cogatur pecuniam mutuare, ut si Rex urgente bello, fame, vel alio bono publico id exposcente, ut necessitas [illegible] non dat [illegible], ut alio modo provideatur, a mercatoribus invitis sumat pecuniam mutuo, ut bono Reipublicae subveniat. Tunc enim mercatores possunt licite exigere lucrum cessans, et Rex tenetur illud solvere.

[illegible], qui dat pecuniam mutuatam ad certum, et determinatum tempus, etiamsi ultro [illegible], potest licite in pactum deducere lucrum cessans ex eo quod mutuatarius non solvat die praefixo. Resp. quod mutuator habet jus, ut re maneat indemnis, [illegible] nec tenetur ob mutuum amittere lucrum; ergo si ex mora lucrum cessans fuerit deductum in pactum, illud exigere potest, neque tunc necesse est mutuatarium moneri de lucro cessante, ut [illegible] diximus de damno emergente. Eo enim ipso, quod mutuatarius sua culpa non solvat, tenetur damna inde sequuta, et lucrum cessans restituere. Sicut debitor principalis tenetur restituere omnia damna, quae passus est fidejussor, et restituere interesse, quod [illegible] pro debito, quod debitor non solverit tempore praefixo; cum tamen fidejussor,

11

quod restituit debitum, nihil aliud faciat in esse nisi mutuare in
his duobus conveniunt D.ᵉˢ C. 2. decidit praecipua difficultas.

Caput 2.ᵘᵐ 3

Deciditur praecipua difficultas.

Praecipua difficultas est, an qui sua sponte alteri mutuat possit ultra sortem aliquid exigere pro lucro, quod illi cessat ob mutuum intra tempus mutui, et antequam mutuatarius sit in mora solvendi? v.g. quis habet pecuniam ad negotiandum, ex qua sperabat sua industria lucraturum centum aureos, et illam mutuat alteri, an tunc possit inire pactum cum mutuatario, quod ultra sortem restituat quantum existimat illud lucrum, dum adhuc est in spe?

Resp. est Doctores varie. 1º negat id. Ex his, Innocentius cap. ultimo de usuris, Sotus de justitia quaestione ca art. 3º lib. 6º, ubi solum id docuit, quod aliquis invitus cogitur mutuare, aliquid canonistae in cap. salubriter; et fatentur id debere S. Thomas hic art. 1 ad 1. 2ª 2ª ... et Doctores inter D.ᵉˢ, ut fatetur Sotus, asserunt mutuantem licite posse exigere ultra sortem lucrum, quod illi cessat cum probabilitate, et spes, quas de illo speranda habet, recurrentibus, et diversis, de quibus infra agemus. Refert. praeterea D. Thom. 2ª 2ª q. 62 art. 4 ad 1ᵘᵐ, defendunt hanc sententiam P. Molina disp. 315, P. Lessius lib. 2º cap. 20 dubitatione 11, Lugo de Mal. lib. 3 cap. 20 dub. 8, Bannes 2ª 2ª q. 78 art. 2º, ubi ait: fuisse singulare in asserenda opposita sententia. Et alii, P. Salas dub. 19 n.º 3, et Bonaventura disp. 3 q. 3ª punct. 4.

Sit nostra distinctio ... [illegible] ... pecuniam mutuantis alteri exigere ultra sortem lucrum illi cessans, cum probabilitate, et spes, quas de illa acquirendo habet, secundum ... infra exponendis. Resp. 1º dico, quod pecunia mutuantis mercatoris ad lucrum non solum est valet quanti ipsa secundum se et nude consider-

Considerata valet, et etiam quanti valet lucrum illud, ad quod acqui-
rendum est necessaria; ergo licite potest mutuans exigere a mutuatario, in
mutuum [illegible] sit, ultra aliquid ultra sortem sine usura. Proba-
tur 2° ratione, quia aequitas non permittit, quod quis amittat lucrum absque compen-
satione ob beneficium, quod cedit in [illegible] alterius; ergo etc.

Confirmatur, quia
communiter docent DD., quod dominus rei, quae vendit, plus valet venditori,
quam communiter, potest plus pretio exigere venditor pro illa; quia potest licite
vendere illud praeter commodum, quo se privat; ergo similiter in nostro
casu. Confirmatur 2°, nam qui tradit pecuniam a mercatore, tenetur pro-
[illegible] pecuniam restituere, et etiam lucrum illi cessans, ut communiter docent DD.;
quia tale lucrum est pretio aestimabile; et lucrum cessans mutuatarii est pretio ae-
stimabile, et ipse voluntarie mutuet; ergo potest pro illo aliquid exigere ultra
sortem absque usura.

Confirmatur 3°, nam si quis prohibet alii operarium, ne
[illegible] operam locet, et ipsum [illegible] ad [illegible], [illegible] potest
operarius licite exigere lucrum illi cessans ex eo, quod operam suam non
locet. Similiter ab eo, qui petit instrumentum artis, et in casu quo artifex
non laboret, et sua industria non lucretur, potest artifex exigere licite
non solum quantum valet usus instrumentorum, sed etiam lucrum illi cessans;
ergo similiter mercator, qui habet pecuniam ut instrumentum ad negotiandum, potest
licite exigere a mutuatario impediente negotiationem quantum valet
spes lucri.

Probatur 2° conclusio, quod licite potest mutuator, ultra ipsam sortem do-
cet, aliquid exigere ultra sortem ratione damni emergentis, quod patitur
ratione mutui; ergo licite etiam potest aliquid exigere ultra sortem ratione lu-
cri, quod illi cessat propter mutuum. Probatur conclusio, quia ideo potest aliquid
exigere mutuator ratione damni emergentis, quia damnum emergens
est pretio aestimabile; sed lucrum cessans ratione mutui est etiam pretio aestimabi-
le; ergo etc. Minor probatur, quia mercator habens pecuniam destinatam nego-

38

stadioni, ex qua sperat lucrari centum aureos, ni minus aestimat
illud lucrum in spe, quam pati jacturam viginti aureorum cum eadem
probabilitate, imo plus aestimat illud lucrum, quod lucrum cessans ratione
huius mutui est pretio aestimabile.

Dices ex Soto disparitatem esse, quod lucrum
lucrum cessans pendet ex voluntate, et industria mutuatarii, qui
non patitur involuntarie, cum libere mutuet, at vero damnum emergens
consistit in mera passione, et cum mutuans invitus illud patiatur,
fit illi injuria, et ideo illi fieri debet compensatio injuriae. Sed
contra est, quod damnum emergens etiam pendet ex voluntate, et in-
dustria mutuatoris, quod ipse vitare potuit, si non mutuaret, compen-
-setur ei ut meliori, et commodiori pretio, quod etiam involuntarie patitur damnum
emergens. Probatur, quia quod damnum quod ipse vitare poterat, si non mu-
tuaret pecuniam, ita quod vel voluntarie consentiat in damnum, in deinde
in illud audiens consentire, et facta sibi sufficienti compensatione, ita
etiam quamvis voluntarie consentiat in lucrum cessans, potest licite pro
illo petere compensationem.

Contra est secundo, quia ut docet Sotus, quando quis
invitus cogitur mutuare, etiam si rayte cogatur, ut si in urgente bello,
cogatur mercator mutuare pecuniam ad sublevandum bono publi-
+ co, potest licite lucrum cessans exigere, quia lucrum cessans ratione mutui
propria ratione injuriae involuntariae est pretio aestimabile, ergo plurimum ces-
sante nulla interveniente injuria potest mutuans aliquid ultra
sortem exigere.

Probatur 3° quando, nam quando quis mutuat exigendo lu-
crum, quod ratione mutui sibi cessat, interveniunt duo contractus, alter
mutui, quo pecuniam traditam ad certum tempus, ut tantun-
dem postea restituat, et ratione huius nihil exigi potest ultra sortem, nisi
in usura; alter venditionis, quo mutuator vendit illud lucrum,
quod habebat in spe, et illi cessat ratione mutui: qui contractus ...

Contractus iste dicatur, et quilibet potest reperiri sine illis: nam potest quis mutuare non exigendo lucrum cessans, et vendere lucrum cessans non mutuando.

Praeterea iste contractus est liber, separabilis à mutuo; quod etiam diversus est à mutuo. Arguitur, nam si quis postularet à mercatore, quod clauderet suam officinam, et ne una die negotiaretur, posset mercator licite vendere lucrum, quod sperabat acquirere ex negotiatione illius diei, et pretium accipere ut illa die à negotiatione desisteret, quia potest quis licite vendere lucrum cessans, quod nullum intervenit mutuum. Arguitur, quia desistere à negotiatione per diem integrum est pretio aestimabile; ergo potest mercator pretium accipere pro lucro, quod illi cessat, ex eo quod abstinet à negotiatione.

Quod autem iste contractus sit etiam liber cum mutuo diversus, et quod diversus cum mutuo non sit peioris conditionis, et melioris, quam diversus cum honesto mutuatario, ergo potest celebrari sine usura, et mutuator insuper potest exigere et accipere à mutuatario aliquid ultra sortem pro lucro cessante. Dices hic casu, quando mutuator exigit illud augmentum ultra sortem, qua mutuator, nam exigit ratione mutui, quod est manifesta usura, et quatenus est venditor lucri, quod illi cessat ex mutuo: at exigere et accipere aliquid ut venditor rei pretio aestimabilis non est usura; ergo etc. Cap. 3.

Solvuntur argumenta à quando capite. Cap. 3.

Solvuntur argumenta contraria.

Arguitur 1.º quod lucrum cessans mutuatori ratione mutui est ipsius impeditum ab aliquo petente pecunias, ne lucretur: at quando ipse sua sponte mutuat, à nemine impeditur, ne lucretur; sua etiam voluntate vult se privare lucro, ergo quando mutuator sua sponte mutuat, nihil potest exigere

nihil pot exigere ultrasortem ratione lucri cessantis. Probatur
consequentia quia tunc non cessat lucrum ratione mutui, sed voluntate mutuan-
tis; ergo etc. Confirmatur, quia licet mutuans intendens mutuare, suppono, tamen quod
mutuet, tenetur gratis mutuare; ergo quando mutuator sua voluntate, et non
invitus mutuat, non pot aliquid exigere ultrasortem ratione lucri
cessantis.

Resp. distinguo maiorem, negando minorem, quia licet mutuator voluntarie
det mutuum, mutuatio impedit ne lucretur: et quamvis id volunta-
rie, quia a nemine cogitur, non tamen tenetur quid gratis facere. Unde
licite pot exigere ultrasortem aliquid pretio estimabile pro lucro sibi
cessante. Licite enim pot exigere pretium pro lucris quo se volun-
tarie privat, sicut venditor pot exigere pretium pro re, quam voluntarie
vendit. Ad confirmationem distinguo antecedens, et nego consequentiam, quia pretium, quod hinc exigi-
tur pro lucro cessante, non pertinet ad contractum mutui, qui ex se gratis est
concedendus, sed ad contractum alium venditionis, qui coniungitur cum mutuo.

Argu-
es 2.o ex Divo Thoma, quia nemo pot vendere quod non habet, et pot
multipliciter impediri ab habendo talem lucrum cessans; ergo pro
lucro cessante nihil pot exigi, nec hoc licite vendi pot a mutu-
ante. Resp. omissa negando maiorem, nemo pot vendere quod non habet
actu, vel in spe: distinguo maiorem: quod non habet actu, et habet in spe, subdistin-
guo maiorem; non pot vendere pro toto pretio, quod valet in re et actu ha-
bitum, concedo maiorem; pro pretio, negando maiorem. Vel Divus Thomas solum vult da-
mnum emergens ex mutuo posse pure exigi, quia cum sit iactura in re
iam facta, vel certo eventura, est damnum iam certo illatum; at vero lucrum cessans,
quod quis erat acquisiturus, si abstineret a mutuo, non potest totum exigi, quia
non est certum totum esse acquirendum, sed pot multipliciter impediri; non tamen ne-
gat posse exigi aliquid, sicut quantum iuxta prudentum estimatio-
nem valet illud lucrum in spe.

Haec doctrina confirmatur, nam piscator

licite vendere pot. fructus mercator, quos cogere sperat, et similiter petere pot. ab eo, qui postulat ne faciat, ratione interesse cessantis. Similiter agricola, qui impeditur, ne seminet, pot. exigere aliquid pro fructibus, quos sperabat colligere, quia licet sint fructus in spe, tamen sunt pretio estimabiles, ergo similiter mercator pot. aliquid exigere pro lucro, quod quasi in semine habet in pecunia negotiationi destinata.

Argues 3°, ex nostra sententia apperiri viam pluribus usurariis palliandis: quilibet enim mutuator dicet, se non mutuo, et lucro cessante exigere pretium contrarium, quod tamen usura exigit pro mutuo; ergo sententia nostra admittenda non est. Respondeo quod contrarium sequitur: nam licite mutuantes quaerere mutuatarios, qui pecunias mutuet, deducendo in pactum lucrum cessans, ut in maiori securitate negotiationi, et hoc fieri [illegible]. Maxime quaeritur quod licitum est quaerere emptores ad vendendas merces, in quibus lucrum solum est in spe, et ipsi [illegible]. Retorqueo argumentum: nam sequeretur divitias infra ponendas non esse, periculum palliandi usuras. Respondeo, ut bene ait P. Molina, veritatem recalcandam eo quod aliqui ea abutantur, imo deveniens est veritatem manifestare, ut confessarii sciant distinguere contractus usurarios a non usurariis, et non imponant restitutionem, ubi non est imponenda. Examinent ergo diligenter confessarii, an lucrum vere cessat, an non, et non illum palliare sinant.

Ad 4um Dico: dato sequela maiori, si mutuator habeat firmum propositum negotiandi cum pecunia. Hoc autem ideo singulare est, quia quaerere mutuatarios est indicium, quod mutuator non habeat firmam voluntatem negotiandi, argumentum quod nolit mutuare, quaerat lucrum: [illegible] si vere vellet negotiationem, quod id similiter [illegible], non faciat cum iniuria, si mutuat animo quaerat, et ab illis lucrum cessans

exigat. Observandum tamen est, quod si mutuans elegat potius mutuare quam negotiari, ut excusset molestias, lucrum non erat adeo certum; tantum hoc detrahendum est, de spe lucri cessante, ut magis ex dicendis constabit. Cap. 4. Traduntur conditiones necessariae, ut lucrum cessans ob mutuum licite exigatur.

Cap. 4.

Traduntur conditiones necessariae, ut lucrum cessans ob mutuum licite exigatur.

Ut lucrum cessans mutuatori possit licite exigi, aliquae conditiones sunt necessariae, quae ab omnibus doctoribus traduntur. Prima est, quod lucrum, quod ex negotiatione sperabatur, sit verum, et reale, hoc est in re, et in effectu cessans, et secundum prudentum existimationem indubitatum. Et ratio a fortiori, quod mutuatarius non permittere deberet negotiari pecuniam, tali negotiationi eas exponitas habent, ut prudenter non speraretur lucrum alicuius momenti.

Dixi, secundum prudentum existimationem indicatum cessare, quia non ordinatis dictis circumstantiis prudentia indicatur lucrum cessare propter mutuum, licite a principio contractus pacisceretur lucro cessante, quod postea specialiter non cessare, adhuc licite potest accipi. Quia contractus fuit a principio licitus, et exponitur lucrum amittendo, ut ex praedictis conditionibus contractibus, in quo potius vendit spes fructuum, quam ipsi fructus. Adtaxandum autem lucrum cessans attendendum est animus negotiandi, et occasio negotiationis magis, vel minus impeditis, quia lucrum detrahendum est plus vel minus, prout quod maior, vel minor fuerit certitudo, quo pecunia negotiationi applicaretur. Nam ut bene docet Molina, lucrum, quo magis incertum est, minus valet.

Secunda conditio, quod mutuum sit in causa lucri cessantis. Ratio est, quia alitea iniuste locupletaretur mutuatarius, lucrum cessans recipiendo, cum non fuerit ea illius causatio. Unde si ex eo, quod pecunia mutuas, non impediatur ne-

negotiari, l. lucrari, l. q.a habebat aliam pecuniam, l. q.a eam accepisti mutuatam, ita ut tempore, solutionis mutui haec illa, quod hinc nisi mutuares, nihil potes licite accipere ultra sortem a mutuatario, cum lucrum cessans non sit ex mutuo sequutum.

Infertur 2.º quod nec aliquo officii, l. industriae recompensa tibi licitum lucrum, quod cessat ob mutuum, l. pretium illius; quod t.n officium, l. industria non haec, si negotiatione eras occupatus, in genere licite exigere a mutuatario lucrum, l. pretium lucri, quod aliunde tibi compensas. Ratio e., quod revera lucrum, l. pars illius, quam recompensas, non tibi cessat ex mutuo, quo non potes licite lucrum, l. pretium illius accipere a mutuatario. Exemplum sit, eras lucraturus decem cum pecuniis, quas mutuas negotiando, quod tamen liberalius fuisti ab occupatione negotiationis, efecisti aliquid, v.g. transcripsisti codicem, et sic lucratus fuisti illa decem, non licet tibi decem exigere a mutuatario, q.a illa decem non tibi cessant ex mutuo: nec illa haec, si non mutuares, quod eras occupatus negotiatione, et non posses transcribere.

Tertio, audiendi non sunt mercatores, qui contendunt posse licite vendere merces carius pecunia credita, quam numerata etiam ultra pretium rigorosum, q.a semper illis cessat lucrum, q.a semper habent pecunias expositas negotiationi, et plus lucri amittunt ex venditione credita pecunia, quam sit illud, quod ipsi exigunt a mutuatario ultra sortem, in quo audiendi sunt, quia hoc mentiuntur, et conferandi, qui ea tali ratione excusant, plane decipiuntur, cum revera committant usuram, ut optime docuit P.e Molina Summa d. 339.

Ratio est, quia illis solum cessat lucrum, quod cum pecunia statim numerata lucraturi erant negotiando; at ex eo, quod credito vendant, non cessat illis lucrum, quod cum pecunia statim numerata lucraturi erant; quo ex eo, quod credito vendant, non cessat illi lucrum, quod D.a minime faciunt exigendo pro-

- ny Alnarizanny, ex eo, qd credito uendant. Maior patet, mi[nor]
sic qui a ex eo, qd credito uendunt aliquibus; non desinunt uen-
dere pecunia numerata omnibus ita emere uolentibus eodem pacto,
ac si nihil uendidissent pecunia credita, ac proinde tantum
in illa pecunia numerata negotiari, idem lucrum habebunt, ac
si nihil credita pecunia uenderent; ergo ex eo, qd credito uendunt,
nullum illis cessat lucrum.

Praeterea, emptores, qui credito emunt,
nihil emerent, si mercatores non uenderent pecunia credita,
ergo nihil perirent mercatores in eorum pecunia lucrandi. Ex
eo, qd uendant pecunia credita non cessat illis lucrum. Ans
patet, nam ideo credito emunt, quia non habent, unde statim soluant: si
enim haberent, non credito emerent, cum non carius emant. Ergo
tota patet. Quia igitur, quia carum, quo non credito uenderent, non
erat habitura lucrum illud, qd acquirerent, si emptores statim sol-
uerent, ergo tale lucrum non cessat illis ex eo, qd credito uendant.

Quas
ppter cogendi sunt mercatores restituere quidquid ultra iustum
acceperint, et Analogice ex eorum ex eo qd credita pecunia uen-
dant. Solum illud lucrum permittendum est uendere, quod uerisi-
militer lucraturi erant, si non mutuarent, qui habebant apud se pe-
cunias, quas negotiaturi erant, habebant alios emptores, qui
emerent pecunia statim numerata, et illos dimittunt in gratiam
eorum, quibus uendunt merces credita pecunia. Nam tunc ex
tali uenditione illis cessat lucrum; ergo tunc possunt licite aliquid
exigere lucro cessante.

Ad dignoscendum a quo multiplicit
lucri cessantis notandum est ex Pe Lesio lib. 2o cap. 20 dub
[?] 11. pecuniam multiplici modo posse esse lucro destinatam,
et ab ea destinatione extrahi causa mutui. Primus est, qdo mu-

-tor extraxit pecuniã à negotiatione, ut illam mutuaret, q[uo]d sci-
ebat mutuatarium eã indigere petitum. In hoc casu pot
licite pacisci de lucro cessante. Ratio e, q[uo]d mutuator in dam-
no suo pecuniã ex statu faecundo ad statum sterilem traduxit,
id que causa mutuatarij, qui sciebat eã petitum, et
id ratione habitum, q[uo]d pot licite lucrum cessans exigere.

Dices,
in hoc casu mutuum n[on] e causa imm[edia]ta lucri cessantis, q[uo]d n[on] licet pa-
cisci de lucro cessante. Ans p[ro]b[atur], q[uod] causa imm[edia]ta lucri ces-
santis e subtractio pecuniae à negotiatione, q[uae] mutuum n[on] e
causa imm[edia]ta lucri cessantis. Retor. Deo ans, negando cog.
nam cum hec subtractio pecuniae à negotiatione fiat p[ro]pter mutuum, et
sit quasi medium ad illud, et causetur fieri voluntate eius,
qui mutuum est petiturus, ideo ratione illius licitum e mutuanti pa-
cisci de lucro cessante. Ab hac ratione excusari videntur mercatores
qui prudentes sese petituros pecuniã suã a negotiatione adbe-
llas, e ea abstinent, ob ingentes summas paratas habent. Non
enim id faciunt sine magno lucri detrimento, nec ob aliã rationem
subducunt pecuniã à negotiatione, nisi causa mutui, id q[uo]d non
ratum habet.

Secundum casum excipi absolute [?] destinata pecunias
certa negotiationi, ut emptioni frugiferorum, ut census, agri, domi,
[illegible], et id mutuatario petenti mutuet, eo inde ablata mutu-
ator. Tunc enim licite pot pacisci de lucro, q[uo]d causa mu-
tuatarii sibi perit. Atque idem dicendum e, si pecunia erat des-
tinata negotiationi in genere, ob sit ab aliquibus qui ad eam
negotiandum et lucrandum commissae sunt paratae. Ratio e, q[uo]d nihil re-
fert, q[uo]d pecunia sit destinata certe negotiationi, vel incertae du-
m[m]odo quaelibet lucrum speraret.

Hic regabis, an si mutuata fiat apud

ire alias pecunias, quas recuperasset, ut lucrum, quod illi cessat ex mutuo, & sic tunc recompensatur ab illo petere a mutuatario. Secundus, quando mercator ex toto illo pecuniae summa in qua mutuat, habet negotiationi destinatas, scilicet mille aureos, & ex iis solum decreverat negotiari, licite potest exigere lucrum, quod illi cessat, ex illa pecunia mutuata. Ita docent Navarrus cap. 17 n. 212, & P. Molina disp. 316, & P. Lesius lib. 2 cap. 20 dubitatione 11.

Ratio est, quia ac si illi cessat lucrum propter mutuum, prudenter retinere potest alias pecunias aliis necessitatibus, & non velle illas negotiationi exponere, ut contra illas licite exponere decreverat. Et quamvis ex avaritia, aut prodigalitate non dedit alias pecunias periculo negotiationis exponere, in talibus itaque est iustitia, eo quod ipse, quod exponere alias pecunias negotiationi nollit, vere illi cessat lucrum propter mutuum, quod licite exigere, & accipere potest per pactum pro lucro illi cessante. Si vero, cum mutuatoris erat in desiderare a negotiatione, quamvis illos mille aureos mutuaret, quod decreverat semper habere exposita negotiationi mille aureos, et intendebat ex aliis pecuniis supplere illos aureos, quos mutuaret, tunc non potest licite exigere a mutuatario lucrum cessans. Ratio est, quia tunc mutuatarius non est causa amissionis lucri, cum alia via illud sibi recompensat mutuator, & tunc non potest mutuator licite exigere a mutuatario lucrum cessans. Quod si mutuator non habet pecunias necessarias ad supplendum, seu recuperandum totum lucrum, quod illi cessat ratione mutui, et pretium aliquod pro lucro omittat, tunc illud licite potest exigere.

Quintus: Si quis pecunias non absolute negotiationi destinaverat, sed sub conditione, scilicet si dicerent velle, sed ita ut etiam non multi pauci occurrerent, qui ab eo peterent pecunias mutuas, & quia hi quotidie occurrunt, et petunt, & nullus in quali mercatura, nec petat, ideo nullo nego-

nollo negotiari, et pecunia parata hera occurrentibus, quî mutuum petenti. Et in hoc casu è difficultas, an mutuator possit aliquid exigere à mutuatariis pro lucro cessante. Plures rationes afferunt P. Lessius, aliaque alii viri doctissimi, quas tacito nomine ibi referat, propterquas probabilis ab ipsis iudicatur affirmativa, dummodo mutuans non peccet amplius, quam valeret spes lucri, idque deducto expensis etc. et iudicio, inspecta in ea admittenda hanc sententiam propter periculum palliandi usuras, post factum non videtur mutuatarius cogendus ad restitutionem.

Notandum 1.º è omnibus casibus, in quibus diximus posse peti à mutuatariis ex lucro cessante, necessarium esse, quod toto tempore, quo durat mutuum, duret etiam animus negotiandi cum pecunia, quam mutuata dedit, nam aliter non erit verum, quod pecunia extrahatur à negotiatione toto tempore mutui, adeo, adeo non licebit deducere in pactum totum lucrum cessans, et id duntaxat, quod currat tempus, quo exercenda erat negotiatio. Quapropter à die, quo mutuat animum negotiandi non potest pro lucro compensationem aliquam exigere. Ratio è, quia ab eo die mutuatarius non è causa cessantis lucri; ergo ab eo die nihil potest exigi à mutuatario pro lucro cessante. Quia nulla è spes lucri secluso animo negotiandi, ergo nihil è, quod vendi possit.

Ad 2.º hanc conditionem reducitur alia, quae petit, ut compensatio pro lucro cessante licite exigatur, scilicet, quod mutuator pecuniam extrahat à negotiatione, cui erat destinata, et illam detur mutuo; quia si pecunia non esset negotiationi destinata, mutuatarius non esset causa moralis lucri cessantis, et ipse mutuator, qui illam non destinaverat negotiationi.

Conditio 3.ª, quod mutuans moveat à pretio mutuatarii de lucro cessante, etc.

q. aliter illi inferretur iniustitia. Sicut si creditor pecuniam illo tenere sibi mutuaret, l. n. acquireret, l. aliunde sine hoc onere quaereret.

Adducit tamen Nabarra lib. 3o cap. 2o dubitatione 2 hanc conditionem non requiri ex iustitia in mutuo expresso, quando expresse aliquid exigitur ultra sortem, q. tunc mutuatarius consentit in illum excessum, et in contractu aliunde non sit iniustus, q. supponitur vere illi cessare lucrum, et nulla fit iniustitia si exigatur. Requiri tamen docet ad vitandum scandalum, q. iudicabit mutuatarius illud augmentum ultra sortem exigi ex mutuo a mutuatore.

Dixi in mutuo expresso, q. in mutuo virtuali, quod fit in venditione, haec conditio necessario requiritur, quando res venditur carius iusto pretio. Tunc enim est conditio iustitiae non admonere mutuatarium, quod ille excessus non pretium iustum exigatur, sed quia venditori cessat ex eo quod vendat pecunia credita quod habet emptorem, qui emat pecunia numerata, cum qua negotiando sperabat lucrari. Ratio est, q. si emptor sciat rem minus valere, fortasse statim solveret pecuniam, ne gravaretur illo excessu supra pretium iustum, l. quaereret venditorem, qui sine illo gravamine rem credita pecunia vendat, ergo etc.

Quarta conditio, ne exigatur totum lucrum cessans, quod sperabat acquirere negotiando. Ratio est, q. lucrum quod solum est in spe et in re minus valet, ac quando est in actu, et in re; ergo non potest exigi totum lucrum cessans. Antecedens patet, q. lucrum in spe, et in spe potest multipliciter impediri, ergo minus valet. Et hoc vero aeque valet in actu, et quando certum est. Ob hanc rationem minoris venduntur fructus in spe, quam si actu sint collecti, ut ultra cap. 5 qua ratione taxari debeat lucrum cessans, ut licite paciscatur a principio mutui.

Cap. 5.

Qua ratione taxari debeat lucrum cessans, ut licite de illo paciscatur a principio mutui?

In hac difficultate observat P.a Molina disp. 316 ex aliis Doctoribus dupliciter posse taxari lucrum cessans; 1.o modo indebitate, 2.o modo debitate. Indebitate taxatur, quando a principio contractus non debetur certa quantitas pecuniae, sed mutuatarius solvat quantum mutuans ex aequali quantitate lucratus fuerit. V.g. si quis habebat mille aureos ad negotiandum destinatos, et mutuat quingentos deducendo in pactum, quod mutuatarius illi solvat quantum ex aliis quingentis lucratus fuerit, deducta aliqua quantitate pro periculo capitalis, in aliam subiaceat, ex naufragationis, et deductis etiam expensis, quas moveri futurus est negotiando ex mille, quam ex quingentis. Indebitate etiam taxatur lucrum cessans, quando a principio contractus fit pactum, quod mutuatarius solvat totum lucrum, quod ex aliis quingentis lucratus fuerit mercator, ea tamen conditione, quod si nihil lucretur, et de illis quingentis aliquid amiserit, nihil pro lucro cessante teneatur restituere mutuatarius, et insuper teneatur retineat de quingentis aureis sibi mutuatis. Et potest fieri pactum, quod mutuatarius solvat, quantum alius mercator ex eadem summa pecuniae sibi negotiatione lucratus fuerit expensis deductis. Et si mercator nihil lucretur sed de sorte aliquid amittat, tantundem sibi retineat mutuatarius de sorte sibi mutuata. Hic contractus dicitur contractus, quo is, qui sorte aliter duxerit, ex ea pars..., si illi restituerit quantum virtute sibi solo collegerit deductis expensis. Ex his contractus licitis sunt, quia in eis utrique contrahens aequali periculo damni, et lucri exponitur. Secundo modo deducitur in pactum lucrum cessans debitate, quando a principio contractus stipulatur mutuator a mutuatario, ut aliquid debitate quantitate pro ipso lucro, quo se privabat propter mutuum. Et tunc potest mutuans hoc exigere etiam si eventus declaret, nullum lucrum esse acquisitum, et navis V.g. in qua

anacrat sors, periculum: Ratio est quia spes illa, quam habebat mutuator, quam dabat mutuum, erat pretio aestimabilis, et illam vendidit; et pro illa licite potest pretium exigere.

OBservandum tertio est, quod mutuatarius pro amittat, et mutuator exigat id solum, quod spectatis circumstantiis omnibus occurrentibus valet lucrum cessans. Quod ut rationi magis est consentaneum, refert plus accipere ex lucro cessante, quam valet. Ad pretium autem lucri cessantis taxandum circumstantiae considerandae sunt viro prudenti, et in negotiatione experto, scilicet quod lucrum sit duntaxat probabile, et incertum, et non certum, et quam magnam probabilitatem habeat, vel quanta sit spes. Item mutuarium in negotiatione, vel occasione negotiationis, a qua desistit ob mutuum, facturum erat expensas, valor expensarum deducendus est ex lucro cessante, quia illae cessant, et valor earum manet apud mutuatorem, et solum illud debetur lucri cessantis, quod deductis expensis remanet ultra sortem, sive capitale.

Porro si sors sive capitale in ea negotiatione aliquod periculum subibat, ut navigationis, vel alteri simili, ac tale quod contingere poterat, quod lucrari intendendo, non solum nullum acquireret lucrum, sed etiam aliquid de sorte, sive capitali amitteret, tunc detrahendum est aliquid de aestimatione lucri, quod sperabat, et ob mutuum cessat, plus, vel minus ut majus, vel minus fuerit periculum, quia ratione talis periculi [illegible] minus certum lucrum cessans: et quo minus certum est lucrum cessans, minus valet, ut patet.

Dubium est, an etiam ex lucro cessante sit excipiendus labor, et industria mutuantis, itaut exigat ex lucro cessante tanto minus, quantum valet industria et labor, quae subiturus erat mutuator in negotiatione. Silvester, Medina, et alii Doctores affirmant id esse deducendum de lucro cessante. Sotus lib. 6 de iustitia q. 1 art. 3. P. Lessius lib. 2 cap. 20 et alii docent nil esse deducendum ex lucro cessante pro industria et labore, quae adhiberet mutuans in negotiatione cum pecunia, quam mutuat. Ratio

Ratio, et ratio, quia mutuatarius e contra non mutuans laborat, et sua industria statuta, mutuans enim paratus erat laborare, et magis optat laborando, et adhibendo suam industriam lucrari decem media negotiatione, quam lucrari sex sine labore. Non tenetur exigere ex lucro cessante laborem, quem adhiberet in negotiatione: imo ut bene inferat Barez potest vendere licite illud dignum, quod sibi damnum inferat in re familiari.

Dices, non si Rex peteret a mechanico, ut sibi suam [illegible] commodaret, [illegible] comitaretur, posset iste [illegible] pactum de toto lucro resarciendo, quod amitteret, nec teneretur laboris aestimationem de lucro detrahere, nec mutuator tenetur aestimationem laboris, et molestiam negotiationis deducere ex lucro cessante.

Expensae faciendae in negotiatione detrahendae sunt ex lucro cessante, ut omnes docent: quia et labor et industria mutuatory. Ratio, non ideo expensae sunt detrahendae, quia non fiunt, et manent apud mutuatorem: et labor, et industria non adhibentur a mutuatore, cum non negotietur de pecunia mutuata. Respondetur [illegible] negando cum. Ad probationem concedo maiorem, et minorem, et nego consequentiam. Disparitas est: quia ex eo quod non fiant expensae, valor earum manet apud mutuantem, stante ergo eo, quod omittatur labor et industria negotiationis, nihil valoris manet apud mutuantem, et potius amittit valorem, quem sua industria lucraretur, cuius amissionis cum sit causa mutuatarius, tenetur illum resarcire solvendo quantum labor, et industria valerent mutuanti.

Observandum hic, mutuatorem non posse statim exigere [illegible] lucri cessantis. Sed si ex mutuo centum aureorum debeant sibi decem ratione lucri cessantis, non potest pacisci illos statim sibi dari, nec exigere statim dato mutuo, ut [illegible] Gabriel, et alii docent P. Molina disp. 316, P. Lessius [illegible], Bonacina, et [illegible]. Ratio est, quia si statim exigeas

et accipiat decem aureos, ita ut in mutuum alteri centum aureos, probat nonaginta: istud enim nonaginta relinet, dum decem sibi reservat, accipiendo, nonaginta tantum mutuatarius exigit lucrum cessans ex centum, hoc iniquum est, quod sibi non cessat lucrum nisi ex nonaginta, et exigit compensationem lucri cessantis ex centum; quod non licet exigere, et accipere lucri cessantis compensationem statim dato mutuo.

Hoc tamen intelligendum est de pretio, quod volvit, ex ipsa re mutuata, ubi advertunt Molina, et Azor 3 p. lib. 5 cap. 7. Quia ex alia re quae ipsa dicta potest licite mutuator exigere valorem lucri cessantis v.g. ex oleo, aut vino, etc. potest exigere statim sive injustitia valorem decem aureorum v.g. quod taxatur lucrum cessans ex centum aureis, quos mutuat. Ratio est, quia tunc ex una parte, mutuavit centum aurei moraliter, et ex alia ex rebus mutuatis praebat, unde ad lucrum cessans; quod potest tunc ex aliis rebus satisfactionem exigere.

Opponitur:

quemadmodum venditio ex re futura conjuncta cum mutuo potest fieri soluto statim pretio, ut constat in venditione fructuum jam, dum adhuc sunt in spe soluto statim pretio, et in mercenario vendente operas suas mensis futuri accepto statim pretio: ergo licitum est vendere lucrum cessans futurum statim soluto pretio. Resp. omnino antinegando consequentiam. Discrimen est, quod in aliis venditionibus, quae non conjungunt cum mutuo, non damnificat emptor ex anticipatione solutionis; at vero in venditione, quae conjungitur cum mutuo, semper damnificat mutuatarius, si cogatur statim solvere pretium lucri cessantis, neque enim petat pecuniam mutuatam propter indigentiam, quam habet, si statim illam, illius illius solvat mutuanti, non poterit succurrere suae indigentiae. Unde anticipata solutio venditionis conjunctae cum contractu mutui semper damnificat mutuatarium.

Omisi autem, quod quaelibet venditio conjunctae cum mutuo dat, alia venditio, quae fieri non potest anticipa-

anticipata solutio, q. in ea militat eadem ratio, illiqd talis anticipatio sit damnificativa emptoris extra p. -ius contractus. Ratio est, q. fit propter indigentiam pecuniæ, quam querit emptor, et ergo venditio censuum, quidem proinde imponit. ob necessitatem. quæ propter iniusta exactio redituum anticipata solutio, et prohibita à Pio V, ut tradit P. Lesius.

Aliud prudens arbitrium adhibet Cardinalis Toletus ad taxandum lucrum cessans, ut sit mutuans tantum detrahat de lucro cessante, sive quod sperabat acquirere, quantum ipse daret alteri pro assecuratione talis lucri. Ratio est, q. lucrum istud in spe tantum minus valet, quam estimatur, incertitudo, et periculum acquirendi illud: hoc autem periculum prudenter estimatur, eo pretio, quod quis daret pro lucri assecuratione, et pro eo liberando à tali periculo: quare propterea totum hoc pretium ex lucro cessante deducendum est.

Alii denique docent taxari posse lucrum in spe eo pretio, quo quis illud emeret ab aliquo mercatore in illi negotiatione negotiante cum equali pecuniæ summa consideratis circumstantiis incertitudinis, et periculi parum, vel nihil, vel multum lucrandi, et expensis exceptis, et hoc totum pretium posse exigere mutuatorem à mutuatario. Quæstio 3. de aliis causis accipiendi alliquid ultra sortem in mutuo sine usura.

Quæstio 3.

De aliis causis accipiendi aliquid ultra sortem in mutuo sine usura.

Ex dictis in præcedentibus satis constat titulo donationis, aut gratitudinis posse mutuatorem aliquid accipere à mutuatario. Ratio est, quod illo titulo datur mere gratis donatur: et quod mere gratis donatur, licite accipi potest, ergo titulo donationis, et gratitudinis licite accipere potest mutuator aliquid à mutuatario. Contra est, q. mutuator non bene fit mutuum in fit pecuniis conditionis, et potius efficit,

digneus gratificavit.

Unde à colligendum sit, id accomodo ultra sortem donari liberalitate à mutuatario, diximus supra disp. V. q. 3. a cap. —, de rogabis, nempe ex circumstantiis, quarentibus, ut ex qualitate personarum, ex liberalitate sibi innata divites, et multum cum pecunia lucrantes, ex amicitia, ex consanguinitate etc. Praeterea ex eo, quod mutuator nec directe, nec indirecte petierit aut signis dederit volendi lucrum ex mutuo. Ex his, et similibus circumstantiis iudicet prudens confessarius, an mutuatarius vero gratis donet, etc.

Difficultas est, an mutuator possit aliquid exigere ultra sortem in poenam dilatae solutionis, seu morae solvendi tempore. Exempli gratia: Titius mutuat quis centum, ut post annum reddatur; quod nisi reddant, in poenam ultra capitale reddant, decem, aut viginti. Dubitatur, an hoc sit licitum. Solutio: Lessius de iustitia q. 1 art. 3 et cum eo Doctores, quos refert, et sequitur P. Molina disp. 315 affirmant idem licitum esse, quia debitor moram iniustam faciat, dum capitale retinet invito Domino, ob id quod equiparatur fur; ergo licite potest illi imponi poena ex conventione partium solvenda ob culpam talis iniustitiae; ergo talis poena potest licite exigi, et accipi.

Aliqui tamen conditiones requirunt. Prima ut sit recta intentio. Hac enim debet esse ut mutuans possit recuperare suum capitale. Nam quando intentio non est recta, et potius tendit aliquid ultra sortem, tunc est iniustum habere. Haec autem intentio colligitur ex eo, quod quis optet sibi non reddi capitale tempore statuto, ut poenam recipiat. Hoc enim desiderium non leve indicium est, quod poena imposita fuerit ad petendam usuram, et non propter culpam morae solutionis.

Secunda conditio, quod mora solvendi sit culpabilis ex parte debitoris. Ratio est, quia ubi non est culpa, non potest licite imponi poena. Unde si mutuatarius postea non solvat, quia absque culpa

suaē pot, q̄ rimiū n̄ det, unde solvat, (alit̄ iusta dicā) impeditus solvere, n̄ pōt ab illo exigi poena. Si vero n̄ mutuatarius iaciat probabilitē mutuatariū n̄ valiturū tempore praefixo solvere, n̄ pōt exigere poenā, et si recipiat, tenetur restituere. Raō ē, q̄ qui cognoscit probabilitē mutuatariū n̄ valiturū solvere tempore praefixo, et adhuc poenā imponit, intendit poenā ratiōe mutui, et n̄ propter culpā morae: sed hoc usurarium ē; ergo si mutuator sciat probabilitē mutuatarium n̄ valiturū solvere tempore constituto, n̄ pōt exigere poenā. Quia propterea mutuatarius n̄ tenebitur solvere talē poenā. Nam sicut excommunicaō n̄ ligat impotentē solvere, neq̄ poena ulla legalis, aut iudicialis, ita nec conventionalis.

Sed objicies: mutuator pōt exigere lucrū cessans ex eo, quod mutuatarius n̄ solvat tempore statuto, et id sit, q̄ impotens ē solvere, et sine culpa contingat; ergo similitē pōt exigere poenā conventionalē, licet mora solvendi n̄ sit culpabilis. — Resp. distinguendo ant. mutuator pōt exigere (lucrū), si ā principio contractus deductum fuit in pactū (tale lucrū cessans), concedo ant.; si n̄ fuit ā principio contractus deductum in pactū, nego ant., et cōq. Tenetur mutuatarius ratiōe pacti solvere lucrū cessans, quando ā principio contractus deductum fuit in pactū, q̄ tunc contractus factus fuit independenter ā culpa mutuatarii, et ideo liberū ipsi ē n̄ solvere statuto tempore, dummodo solvat lucrū cessans. Quando vero lucrū n̄ fuit deductum in pactum ā principio contractus, et mora solvendi n̄ ē culpabilis, n̄ pōt mutuans illud exigere, q̄ tunc nulla ē iniusta detentio ex parte mutuatarii, ob solū quam posset exigere lucrū cessans ratiōe iniustae detentionis; ergo tunc n̄ pōt licite exigere lucrū cessans. Immo q̄ casu poena imposita ē dependenter ā mora culpabili, ac proinde quando n̄ ē culpa in solvendo, n̄ ē obligaō ad poenā, neque ius ad illā exigendā.

Tertia conditio, quod poena sit moderata, quantitate culpae, et ideo, quantitate debiti et ad moram longitudine. Si ergo poena excedat, est iniusta, et mutuatarius non tenetur in illa, nisi constet, quod alia utatur iniuerit [?] mutuum: Tertia ratio quare conventionalis est quod imponatur ex propria parte, quod quod excedit, non debetur, neque exigi potest.

Quarta, et ultima conditio, quod si mutuatarius pro debito solvit, non exigat tota poena, et pars proportionata, seu proportionaliter, nisi forte debitum non sit in parte, et totum solvendum, et poena imposita sit indivisibiliter pro qualibet parte debiti non soluta tempore praefixo. His conditionibus existentibus poena conventionalis licite exigi potest.

Hic quaeres 1.° an mutuatarius non solvens tempore statuto mora sibi culpabili, teneatur in conscientia poenam conventionalem solvere ante iudicis condemnationem? Affirmant Pater Lessius lib. 2.° cap. 2.° dubitatione 2. Paterbundrius [?] de Molina, et alii, quos adducit Pater Thomas Sanchez lib. 1.° de matrimonio disputatione 33. Ex quibus alii addunt, eiusmodi poenam non deberi quare ante quam exigatur ab alia parte, quae petit coram iudice.

Sed melius negant ipse Sanchez cum Victoria, Navarra et Ledesma, aliique. Secunda sententia placet, et ratio quia intentio contrahentium, et eas poenas sibi imponentium, nisi aliud ex pravis verbis signent, est ergo ut eas poenas compelli possint, ut sterit [?] Thomas [?], et quod ad id teneantur per iudicis sententiam, cum ergo id [?] constat, intentionem mutuatarii fuisse obligandi se ad poenam solvendam ante iudicis sententiam, non tenetur solvere poenam ante iudicis condemnationem, quamvis mora eius sit culpabiliter in non solvendo.

Suadetur haec ratio. Nam in dubio intentio contrahentium interpretanda est ad favorem, et minus dispendium; debitor est, ut nemo teneatur ad poenam ante iudicis ipsius condemnationem: quod est conforme [?] quod lege

quae sepe expedit poenas has moderari a iudice, et stylus curiae observat: quo stante a intentione contrahentium ea non se obligandi ante iudicium condemnationis.

Obiicies. Poena conventionalis debet, ex vi pacti inter contrahentes initi: nam ipsi se obligant ad poenam solvendam; si contractui non steterit: et pactum obligat in conscientia ante iudicis condemnationem: ergo poena conventionalis debetur ante iudicis sententiam ab eo, qui non observat contractum. Confirmatur: quod poena conventionalis in eo differt a legali, et iudiciali, quod debeatur ante iudicis condemnationem: ergo etc.

Resp. Concessa maiori, distinguo minorem. Pactum se obligat in conscientia ante iudicis condemnationem, nego minorem: pactum aliquid, concedo minorem. Pactum requirens condemnationem iudicis non obligat ante sententiam iudicis, tale autem est pactum de poena conventionali, de quo disputamus; quia haec est intentio contrahentium per conditionem declarata. Ad confirmationem nego antecedens. Nam poena conventionalis differt ab aliis, quia imponitur ab ipsis contrahentibus: legalis enim poena est, quae lege, vel statuto imponitur ut est illa quae imponitur detentori, si pecunias pupilli non exposuerit lucro quinque per centum. Iudicialis est, quam iudex imponit, si intra certum tempus aliquid non fiat, aut debitum non solvatur; ut si adveniente tempore, in quo mutuatarius solvere tenebatur, coram iudice citet mutuatarium, et de debito sufficienter convicto iudex praecipiat, ut solvat intra mensem sub poena decem aureorum. Conventionalis vero poena est, quae pacto, conventione vel de partium consensu ponitur, si aliquis non stet contractui, vel aut intra certum tempus non solverit.

Quaeres 2o. An quod debitor sua culpa devenerit in impotentiam solvendi, eo quod vitiose consumpserit sua bona possit ab illo exigi poena pro mora solvendi?

Resp. cum Navarra, quod si debitor id fecerit in fraudem, ut tempore solutionis non esset potens solvere, non excusatur a poena, et potest ab illo exi-

Ratio est, quia poena imponitur pro culpa nolendi solvere tempore statuto: et ipso mutuatarius assumit, ut se reddat impotentem ad solvendum, creat culpam nolendi solvere: ergo tunc tenetur ad poenam, et ab illo iure exigi potest.

At vero idem dicendum est, si vitiosa bonorum consumptione praevidebat sequendam esse moram solvendi. Ratio est: quia peccat contra iustitiam, ponendo causam ex qua praevidet sequendam retentionem rei alienae invito Domino, quae retentio substantialiter est iniqua causaliter: tunc tenetur solvere. Sicut, si aliquis qui se inebriat, sua culpa incidit in morbum, ex quo praevidebat sequendum homicidium, vel omissionem Sacri, peccat peccato homicidii, et omissionis Sacri, quia scienter dedit causam culpabiliter homicidii, vel omissionis Sacri: ergo etc.

S. n. 86

Aliter est, si culpabiliter, v.g. ludendo, devenit in inopiam, et ob inopiam non solvat termino praefixo: non incurret debitor poenam. Ratio est, quia mora solvendi, ob quam debetur poena, est peccatum iniustitiae: et qui bona sua vitiose consumit ante terminum solutionis impletum non committit iniustitiam; ergo non tenetur ad poenam ob moram solvendi. Antecedens probatur: non retinet rem alienam invito Domino; ergo etc. Praeterea impleto termino solvendi non committit iniustitiam, cum non possit solvere; ergo etc. Denique cum non cogitaverit de impotentia ad solvendum termino praefixo, non potest illi imputari in causa; quia quod non est praevisum, non est volitum, ac proinde impotentia, seu mora ad solvendum non est volita in causa; ergo etc. Quaestio 4a. Utrum licitum sit pro centum quotannis aliquid, v.g. octo supra centum exigere. Quaestio 4.a

Utrum licitum sit pro centum quotannis aliquid v.g. octonum.

Centum exigere.

Ex hucusque dictis constat non posse licite quicquam ex contractu mutui aliquid exigere ultra sortem, quamvis possit ratione lucri cessantis, aut damni emergentis. Tota est ergo difficultas, an id fieri possit ex aliis contractibus, seu ex contractibus complectentibus, nempe contractu societatis, et contractu assecurationis capitalis, et

et Hdy vendidit lucri incerti maioris, pro lucro certo minori?

Cromfly

sit, si Ineas cum mercatore Machy societatem ad lucrum dividendum in certo loco ad negotiandum, et mercator Ineat tecum Machy assecurationis, quo assecurat capitale pro quatuor: et Machy emptionis, quo a te vendente lucrum incertum maius, quod sperabatur forsan esse viginti, emit pro duodecim certis, ac yinde mercator ex iis ytrius Machy solvit tibi singulis annis octo pro illis centum? Ergo dubium, an hic triplex Machy, quod dicit societatem cum mercatore ad negotiandum, et quo mercator assecurat tibi capitale et quo emit a te lucrum maius incertum pro lucro minori certo sit licitus?

Solus 6° de

Iustitia qu. 6 art. 2; Rodriguez, Rebelus, et Aragon docent absolute Machy triplex, quamvis cum socio successive fiat, esse illicitum, et iniustum. Cajetanus doct. hanc indicat veram, quando predictus triplex Machy fit cum eodem socio et simul. Navarrus in cap. fe. n° 255, P. Molina disp. 410, P. Lessius cap. 25 dub. 3°, et Bonacina disp. 3 qq. 2 p. 4, absolute, et absque limitatione docent hunc Machy triplex, quamvis cum eodem socio, et simul celebratur esse licitum, et carere a labe usurae. Huic adhaereo.

Quia

quia iste triplex Machy potest fieri absque usura, et absque alia iniquitate cum debitis dictis personis: ergo cum ejus fieri absque iniquitate intereaque, quae dimittant, etsi multa alia iniquitate quae possit esse, est absque usura, et absque ulla iniquitate, licet fiat cum eodem socio, et simul. Ratio est, quando multi aliqui Machy fiant licitae, et iusti, aeliati, sane ex eorum coniunctione nulla oritur iniustitia; quia non est aliud, quam conexio ex Machibus iustis, ergo etc.

Praeterea

nec enim, quod cum eodem socio, et simul fiant, non requirit inaliquo

cum alia inequalitas, nec alia iniquitas. Quod imprimis Contractus societatis sit initus, quo uterque ipsius alterutrum obligat, ad alterum, et e contra ad alios duos Contractus; sed aliquem eorum. Deinde reliqui duo Contractus fiunt ab utroque socio distincte et ad libero celebrari, ut dicitur.

Obiicies: iste triplex Contractus damnatur a Sixto Vo in Bulla quae incipit detestabilis avaritiae: nam in eadem damnat societatem, in quaque casualis capitalis non remanet apud apponentem illud, ut dicitur.

Respondetur negando antecedens; quia in ea Bulla solum damnatur societas, in qua ex vi ipsius exigitur assecuratio capitalis; cum non quando non exigitur ut contingit in Contractu trino.

Obiicies: Eo ipso, quod apponens capitale reiiciat periculum illius in socium, amittit illius dominium, transfertque illud in socium: nam res est domini rei, cui res perit; sed eo ipso, quod ex assecuratione Contractus in socio periculum capitalis in eum reiiciatur, desinit esse inter illos societas, atque incipit mutuum eiusdem capitalis: Unde cum ex mutuo nihil accipi possit sine usura, legitime infertur illicitum, atque usurarium esse societatem ad lucrum cum pacto assecurationis capitalis inito cum socio, sive fiat a principio, sive postea progressu temporis.

Respondetur negando antecedens quia eo Contractu assecurationis, non intenditur a Contrahentibus et solum, quod capitale assecuratur socius Domino, quod non est fieri dominum illius. Et sane si socius assecurans capitale fieret dominus illius, posset eo licite uti ad emendas possessiones etc. Et si decederet impotens ad solvendum omnibus suis creditoribus, non posset apponens capitale, quantum extaret, illud sibi extrahere ante omnes alios creditores, quod utrumque falsum est. Quare qui apposuit capitale, manet Dominus illius, et ipsi tanquam domino perit; socio vero perit quoad damnum tanquam assecuratori, quod capitalis tenetur illud reddere domino. Nullus ergo intervenit mutuum

mutuum adhuc virtuale in tradidae capitalis, aeque cum nullum est periculum eius.

Notandum est, quod ut traditio huius licite fiat, non requiritur quod explicite fiat, sed satis est quod fiat implicite, ut si quis tradit, dando ut mercatori, et vero negotiatori centum libras, ut singulis annis solvat octo, salvo capitali, intendens quid dat facere id, eo modo quo licite fieri potest. Nam quisque enim eo meliori modo, quo licite potest pecuniam tradere, intendat, et tradere potest licite eam tradere, virtualiter saltem eam tradere intendit hoc licito modo. Unde non sunt damnandi simplices, qui licet haec distinguere nequeant, credunt id licite fieri posse. Videatur Molina disp. 40. q. 5.ª Utrum mons pietatis sit usurarius.

questio V.ª

Utrum mons pietatis sit usurarius?

Mons pietatis est summa quaedam pecuniae, vel frumenti, vel alterius rei similis, quae ab aliqua Republica vel Persona privata instituta est ex pietate ad subveniendum pauperibus mediante mutuo ad certum tempus pignore ab eis accepto. Dupliciter dicitur institutus: vel ut aliquid moderatum ultra sortem solvant pauperes pro stipendio ministrorum, qui curam montis gerunt, et pro aliis necessariis ad conservationem dictae summae. Secundo, quod si tempore praefixo pauper et mutuatarius non solverit mutuum, custos montis vendat publice pignus, et quod superest detracta sorte, et summa debita pro conservatione montis illi reddatur. De hoc monte dubitatur, an sit usurarius. Et praecipua difficultas oritur ex vero conditione solvendi aliquid ultra sortem.

Sotus 6.° de iustitia q. 1.ª art. 3.°, et Caietanus opusculo speciali de hac re existimant hunc montem pietatis esse usurarium, quia in eo exigitur aliquid ul-

vltra sortem ob moram, seu dilationem solutionis. Nabarrus 2º tract. de Usuris, et reliqui Doctores docent esse alienum mentem esse piis, et nulla ratione excusandum. Haec 2ª sententia definita est a Leone decimo in Concilio Lateranensi sessione 10 et excommunicatione ipso facto, qui contrarium ... dixerint, vel verbo, vel scripto disputaverint.

Probatur 1º haec 2ª sententia ratione quantitatis Pontificis in Bulla, quae de hac re expediuit ... qui sentit commodum, debet sentire et onus, vt habet regula 55 iuris in 6º, et pauperes mutuatarii sentiunt commodum montis, qui in eorum vtilitatem institutus est, ergo debent sentire onus dicendi illum, ergo debent aliquid vltra sortem soluere ad dicendum montem.

Probatur 2º, in hoc monte quod exigitur vltra sortem, non exigitur ob moram, seu ob dilationem solutionis; sed tantum ob expensas necessarias ad administrationem et conseruationem illius, seu ratione damni emergentis, quod emergit ipsi monti ob dictas expensas necessarias, et exigere aliquid vltra sortem ob expensas necessarias patiendas in mutuo, vel ob damnum emergens, licitum est, et nunquam labe maculaverunt montes pietatis, licitum est, et nunquam labe carent. Ex hac ratione constat solutio ad fundamentum adductum a Soto.

Sed rogabis, apud quem sit dominium montis pietatis? Respondeo esse apud pauperes, quamuis illud sit imperfectum, et limitatum, quia non possunt illo uti pro suo libito ad quaecumque, nisi ad illorum receptionem mutui. Ad eum modum, quo pupilli, minores habent dominium suorum bonorum limitatum, quia non possunt illa alienare: et vxor habet dominium suae dotis, et tamen non potest pro libito de illa disponere; quia administratio illius pertinet ad maritum. Disputatio 5ª de restitutione eorum, quae per vsuram acquiruntur, et de Personis, quae ad illam tenentur. Disputatio. 5ª

De restitutione eorum, quae per vsuram acquiruntur, et de Personis, quae ad illam tenentur.

In hac diff.te, cu[m] D[ivo] Thoma adhaerebo

3° breviter exponimus, an et quan[do] teneat[ur] usurarius restitue-
re, ex eo, q[uo]d ex pecunia p[er] usura[m] acquisita lucratus e[st], desig-
nandoque specialiter ... restituendi, et ipse supponit restitue-
ndam esse. 1° ratio e[st], 2° auctor, et 3° iustitia eius adhaerere. q[uo]d
1° an usurarius acquirat dominiu[m] reru[m], quas p[er] usura[m] accipit?

Quaestio 1.

An usurarius acquirat dominiu[m] reru[m], quas p[er] usura[m] accipit?

Sensus q[uaestionis] e[st], an mutuatarius solvens
usuras transferat dominium illarum in mutuantem usurarium, an v[ero] n[on],
et dominium maneat apud mutuatarium, ita ut mutuator n[on] vera[m]
dominium illaru[m]? 1ª sent[entia] asserit usurarium acquirere dominiu[m]
reru[m], quae sunt usu consumptibiles, ut triticu[m], oleu[m] &c; reru[m] v[ero], quae
n[on] sunt usu consumptibiles, ut vinea, domus, &c n[on] acquirere do-
miniu[m], ita aliqui quos refert Bañez. 2ª sent[entia] absolute affirmat
usurarium fieri dominum om[n]iu[m] reru[m], quas p[er] usura[m] acquirit, ita Sco-
tus, Paludan[us], et alii, quos refert P. Salas dubio 88. 3ª
et ultima sent[entia], quam sequuntur P. Lessius, P. Molina, et P.
Salas cu[m] multis aliis, docent mutuatariu[m] n[on] acquirere domi-
niu[m] reru[m] acquisitaru[m] p[er] usura[m].

Dico 1° hanc sent[entia]m, q[uo]d mutuatarius q[ui]
solvit usuras, n[on] intendit transferre dominium usurarum in mutuantem; et n[on] si
mutuatarius intendat transferre dominiu[m] usurarum mutuanti, iste ac-
quirit dominiu[m] illaru[m]; q[uo]d mutuatarius usurarum n[on] acquirat domi-
niu[m] usurarum. Ratio 1ª, q[ui]a mutuatarius n[on] intendit donare gratis
usuras mutuanti, p[rae]suppositis, nec p[ro] illis solvit, intendit p[ro]p[ter]
iuris transferre usurario, quia ei debeat[ur] ratione mutui: sed ratione mu-
tui nihil illi debet[ur] p[ro]pter sortem; ergo mutuatarius n[on] intendit, q[uo]d

solùt nummus, transferre mutuanti dominium illarum. Solus enim, inte-
-dit extranea ex solutione, sed traditione facere, ut patet, quae de-
-dit solvendi recepit. Sola autem, et nuda traditio non convertens ab-
-sque voluntate transferendi dominium, (ut adit, quando liberaliter donatur)
(absque voluntate transferendi ex iusto aliquo titulo), conditionis
